



173.

Stk. 73.


J. H. ab Aschen.
Brema, 1790.

ANIMADVERSIONES
IN
LIBRVM IOB

SCRIPSIT

IAC. CHRIST. RVD. ECKERMANN,

SCHOLAE VTINENSIS RECTOR.



L V E E C A E ,

FROSTAT APVD C. IVERSEN ET SOC.

1779.

ANNUAL ALMANACKS

LITERARY

COPIES
PRINTED
FOR
THE
LITERARY
SOCIETY
OF
THE
UNIVERSITY
OF
HALLE
BY
JOHN
FRIEDRICH
KOENIG

COPIES
PRINTED
FOR
THE
LITERARY
SOCIETY
OF
THE
UNIVERSITY
OF
HALLE
BY
JOHN
FRIEDRICH
KOENIG

LIBRI IOB

CAPVT I.

v. 3.

צְמַרְבָּקְרַ Has voces S. V. Ernesti Bibl. Theol.
Tom. X. pag. 301. *boum paria* innuere docuit.
Quem sequatis in iisdem convertendis, ita tamen in-
telligi velim. *Boum paria*, bini binaeve mihi boves
sunt, mas scilicet atque femina, qui jugo una submit-
ti solebant, Horatio: *compares* dicuntur Od. II. v.
Arationi igitur maximam partem, haec boum paria
pasta fuisse putaverim; quemadmodum ubique loco-
rum hunc bovini quidem generis usum eundem at-
que solemnem fuisse videmus, et ita consuetum, ut
quaecunque jugo subacta nondum fuerit, ea bos sem-
per fere expressis verbis, v. c. in sacrificiis, declarari
et designari soleat. Quanobrem factum esse videtur,
ut vocabulo בָּזָר duplicem quandam vim tribuerent
Ebraei, primam, qua *par* generatim, alteram autem,
qua *boum*, qui ad arandum alantur, *par* significet.
Deinde voce vernacula Rinder quam Ochsen uti ma-
lini. Hanc enim, quae tauros exfectos proprie innuit,
huius loco minus aptam, atque nostrorum temporum
illam boves exsecandi consuetudinem a Iobi tempore
abhorre censeo. Praeterea Syrus interpres vocem
בָּזָר, بَزْرَ, Arabs ex Syro, فَدْنَ et Chald. Para-
phr. פְּרָנִי converterunt; qui omnes igitur boum
paria arationi nutrita cogitasse, censendi sunt;

nam ⁵⁰⁰ οὐδὲ boum par est arantium, teste Golio, et Luc.

XVII. 7. pro Graeco αἴστοτειων Syrus interpres Πάπας posuit.

לְתַבֵּעַ LXX: καὶ υπηρεσία πολλή, καὶ εργα μεγάλα ήν αὐτῷ επὶ τῆς γῆς. De vera vocis hujus significatione ambigentes, duplarem ejus fecerunt versionem, ut duplarem illius vim exprimerent. Saepius alibi etiam consuetudinis hujus exempla in nostris τῶν ὁ exemplaribus deprehendi; quorum tamen unum modo, vocabuli scilicet **לְתַבֵּעַ**, supra, commate primo, occurrentis, versionem duplarem, afferam. Habent enim v. i. *αληθινός*, *αμεμπτός*, ut et *veritatis* et *integritatis* notiones, quarum eam, quae praefstaret alteri, eligere non ausi erant, exprimerent. Non est quod pluribus ista, quae cuivis Alexandrinae versionis lectori haud indiligenti occurrere saepius debuere, locis atque exemplis evincam. Timidiuscule vero conjecturam, unde ita usu venerit, aliam quandam, addere liceat. Fieri scilicet potuerit, ut, in eundem Codicis sacri librum graece convertendum, plures viri suam quisque industriam et operam contulerint, atque unius ejusdemque libri plures factae fuerint versiones versionumque editiones diversae. Postea igitur ex hisce pluribus alteram cum altera conferendo et meliora eligendo unam quandam versionem consecutam, et in nonnullis locis, duplarem vocis sive sententiae unius translationem, alteram ex altera versionis cuiusdam editione receptam esse suspicor. Quae de LXX. viris narratur fabula, ea quidem diu est explosa: mihi autem quod ad numerum septuagenarium attinet, sub illo forte, non septuaginta quidem sed plurimum tamen versionum inter se collatarum numerum atque famam ac memoriam antiquam latere in mentem venit.

nit. Sed de hac re viri docti et in hoc litterarum genere versatissimi judices sedeant. Nos ad vocabulum **עַבְרוֹת** redeamus. Hoc igitur *οἱ ὄ famulitium* aequae ac *agriculturam* innuere recte crediderunt, et vocabuli hujus binas fecerunt versiones. Aquila, Symmachus, Vulgata, Syrus, Arabsque ad unum omnes δρειας, οινειας, *familitii* vocabulis usi sunt. At cum Ill. tamen Michael ad *culturam agri* vocem hanc, hoc certe loco, referre malui; et idem mihi Chald. etiam Paraphr. voluisse videtur.

De isto autem vocis **עַבְרוֹת** significatu, dubium esse non potest; nam Gen. II. 5. et innumeris aliis locis **עַבָּר**, de agro colendo usurpatum. Quocirca Schultensius etiam, Vir summis, eorum non omnino dannat sententiam, qui agri culturam hoc loco innui credant. B. autem Vogelius in recenti, quam de Schultensi in librum Iob Commentario dedit, editione, eorum, qui de agri cultura hoc loco cogitarint, hoc argumento impugnat sententiam: Saepissime pecorum recensioni servorum, ancillarumque mentionem conjungi inquit, v. c. Exod. XX. 14. Eccles. II. 7. unde etiam hoc loco de famulitio vocem *hanc accipiendo* esse colligit. Haec autem ad Viri B. sententiam confirmandam sufficere non videntur. Nam auctori cuivis, quid ponere aut non ponere malit, certe liberum est; praesertim ubi res ipsa expressa mentione non egeat. Iobi autem famulitum haud parvum fuisse, quicunque ad pecorum, boum, camelorum et asinorum ejus numerum magnum attenderit, nullus omnino dubitaverit. Quin servorum semper loca illa et ancillarum priorem quam pecoris et armentorum mentionem faciunt. Forte igitur, eodem uti arguento si liberet, vocem **עַבְרוֹת nostro** loco, quia ultima demum legater, non familiam, quae prior designanda

ac nominanda fuisset; sed agrorum culturam innuere ex ipsis V. B. rationibus colligere possem. Accedit etiam, quod commate 14. arationis iterum expressam fieri mentionem videamus, unde haud minimam divitiarum Iobi partem, ex ista agrorum cultura provenisse verisimillimum sit: nec igitur in facultatum ejus recensione, agricultura prorsus silentio erat praetereunda.

v. 4. לְהַלֵּךְ Syrus וְלָכַד **לְאֶכְלָה** habet, ita ut in ea, qua usus esset, editione invenisse videri possit. Potius tamen sive scribam, seu hypothetam errasse et pro **לְאֶכְלָה** facili quidem permutatione **לְכַדְּאָה** posuisse existimaverim.

וְלָכְדָה LXX. πατεντασην ημεραν. Quotidie igitur convivia acla crediderunt. Melius autem interpretatur Scholion vetus: εκεσος την εαυτες ημεραν: Suo quilibet, i. e. natalitio die.

v. 5. וְלָכְדָה. Vocem **הַקְרִיר** Syrus **لَكْرِير** reverterunt, et ex eodem Arabs **عَان** con-

vertit; quo anni curriculum, cuius jam finis adeat, significatur LXX. συνετελεθηται, at Scholion vetus, νεξυρο inciperent. Schulensem in verbis his expoundis sequutus sum. Ita enim habet Vir summus ed. B. Vogelii pag. 10: Cuncta hic tandem redibunt ex nostra opinione: Iobum septies quotannis solennem sacrificeionem praesente universa familia instituisse, et quidem sub tempus natale cujusque filiorum, rel. Praeterea Exod. XXXIV. 22. 2 Paral. XXXIV. 23. 1 Sam. I. 20. aliisque locis, ubi תְּקִופָה וְשִׁנָה occurrit, quin sub finem anni vertendum sit, temporisque circulare quoddam spatium nondum elapsum designet, dubitari non potest. — Sed ut et haec addam, ipsius diei natalitii mane oblata esse holocausta si tenemus, integrum

gram narrationis seriem atque filum quasi, procurrere
melius videbimus. Cum enim convivii die quadam
omnia posthac acerba accidisse legamus, ne forte cul-
pam filiorum quandam, suppliciorum causam fuisse
credamus, Iobum eosdem ipso hujus diei mane expiisse
statim ab initio docemur. Quod cum ita sit, expro-
bratio etiam, qua Cap. VIII. 4. Bildadus filiorum ne-
quitiam Iobo objicit, recens quoddam sententiae no-
strae argumentum addere videtur. Verum enim vero
nemini profsus, βεβηλω five profano sacris operari
aut sanctis interesse operationibus impune licebat.
Hinc Graecorum illud: Ενας, ενας εσε βεβηλοι! et
Horatii: Odi profanum vulgus et arceo. Quocirca
expiandi prius atque lustrandi erant filii Iobi, quam sa-
crificio fratri斯 eucharistico, quo natalitia celebraturus
erat, rite interesse possent. Quod nisi factum esset,
Numinis summi iram et profano ipsi et ejusdem genti
metuendam esse credebat — כָל ad filios filias
que referendum puto. forores enim una cum fratri-
bus epulatas esse legimus. Illae igitur non minus erant
expiandae.

v. 5. וּבְרֹכוּ Syrus قَبِيلُو et maledixerunt; quod
I Petr. II. 23. pro Graeco κοιδογενι positum occurrit.
Sic ex Syro Arabs, LXX. νανα ενονσαν. Sic Vul-
gata etiam et Chald. Paraphraſtes. Contrarium igitur
verbi ברֹך omnes in eodem convertendo exprimere
studuerunt. Melius autem et contextui aptius propria
verbi hujus significatio retinetur: Valedixerunt Deo, i.e.
forte ejus obliiſt̄ ſint? כָל הַמִּתְּבָרָק oī ó vertunt, πάτας
τας ημερας, quippe qui singulis diebus eosdem epu-
latos eſſe putabant.

v. 6. בְּנֵי הַאֱלֹהִים Filii Dei, i. e. Angeli, nam
de his dubium non est; sic oī ó ſemper ſere, nec hoc
A 4 loco

loco minus Αγγελοι τω Θεω reddiderunt. Chrysostomum igitur mirari aliquis posset, qui Homilia XXII. in Genesin: Angelos in Bibliis sacris nullibi prorsus filios Dei appellari, confidentissime affirmat: nisi illum de Alexandrina solum versione, qua natus erat, loqui cogitemus. Praeterea Paraphr. Chald. Angelos habet; Syrus, Arabs et Vulgatus interpres: *Filios Dei.* Vocem ιπών quam Ill. Michaelis Ankläger vertit et post illum equidem Verkläger transtulit. Theodotion αντικειμενος, idem sibi licere credens, olim iam convertit.

v. 7. טוֹשׁ Egregie Syrus, ex mea quidem opinione, vocabulum hoc reddidit. Habet scilicet ille צְבִיָּה a radice צְבֵי circumire, ambire, unde Actor. III. 10. mendicus dicitur צְבֵי quasi circumiens. LXX. περιελθων et Vulgata: circumivi. Audiamus nunc verbi טוֹשׁ ex Arabum حَسْوَةُ, Savata, Etymologiam. Nam recte conferri radicem hanc cum illa Hebraica טוֹשׁ dubitare non poteris, modo ut ϕ Hebreworum حَسْوَةُ Arabum referre recorderis. Hoc autem حَسْوَةُ a Golio convertitur: flagellatus est, celerrime circumfusus est; ad quod illustrandum Homerici μαστίξει δ' ελαῖαν memineris velim. Quamobrem rationibus omnibus diligenter subductis, טוֹשׁ Hebraeorum, Latinorum verbis: circumire, celerrime pervehi, ambire, recte satis apteque exprimi posse nullus dubito.

v. 10. שְׁכַנְתָּ Syrus convertit: נְאַזְזֵל Δαַלְלֵי Δְּלֵי Protexisti manu tua, seu potius: Protexisti; ita ut manu

manu tua γένι pleonastice positum sit. Ad hunc locum illustrandum conferri debet: Homeri Iliad. IX.
 682. — — — μαλαγας εθεν ευρυπα Ζευς — —
 — Χειρα εην υπερεχε^ε — — — — — — — — — —
 Nostrum autem *שִׁבְטָה* *circumseptishi* vertendum fuisset. Pro illo igitur *סְכָת* legisse videri posset; quam tamen minus probem conjeturam: nam binae supersunt viae, quas in versione hac exponenda persequi liceat; altera: fieri potuit ut Grammatices minus callidus, שַׁבְּקָה et שַׁבְּקָה alterum cum altero confunderet; altera: ut explanatory verbum cum verbo commutaverit. Tertium autem, quod suspiciti ausim fere, non addere non possum: Vocabum earum, quae sono fere concrepant, in versionibus librorum Veteris Testamenti permutacionem saepius factam esse, facile intelliget quivis, cui evolvere easdem et conferre libebit.

Haec miranti quidem minus, sed unde fierent ita cogitanti, ea in mente in venerunt, quae nunc Virom doctorum examini subiecturus sum. Primo igitur loco id moneam: Interpretates quosdam lectoribus forte sive Anagnostis usos esse, ita ut hos ex originali editione praeclegentes sequenti simul eadem, quae Graece, Ebraice, Latine audierant, in aliud quoddam idioma transferentes, currente sive stilo seu calamo litteris consignaverint. Itaque *Sachta* audiens interpretes, a radice שְׁבָט verbum illud derivandum esse opinatus, quia contextui satis aptum esse videbatur, *protexisti* latinum Διδύμη Syriacum fecisset. — At vero quando certe non omnes agnoscere usos esse, ne c'uti potuisse Interpretates erendum est: deinde haec etiam cogitari debent: Ipsum sibimet ipsi saepius periodum quandam sive comma quoddam praeclegentem et recitantem Interpretet nonnunquam ad litterarum diversas quasdam for-

mulas, v. c. ψ et ס, υ et נ, et מ et quae ejusmodi sunt, minus attendisse, easdemque minutiores certe varietates, sono fere eodem auribus atque oculis simul suctum faciente, illum fessellisse. Evanescunt enim hoc modo plurimae, quae exinde ortae sunt, librorum sacrorum in primis difficultates, nec, ita humani quidquam pati Interpretem potuisse, quisquam facile, qui in librorum vel scripta vel orali interpretatione haud ita prorsus ruditus sive, seu supra humanam fragilitatem divinus sit, proprio saepius exemplo haec edocetus poterit insicari.

מִתְבּוֹב Male LXX. οὐκλω; praclare Syrus בְּבָלָן omni loco, ubique circumsepsisti quaecumque ejus sunt.

v. II. יְבָרֶכֵךְ LXX. εὐλογησει, at Syrus: בָּרוּךְ conviciis te afficit; et ex hoc Arabs بَرَّكَنْتَ idem expressit. Paraphras tes Chaldaeus בָּרוּךְ Blaspemare. Vulg. Benedicet, Alexandrinam sequita versionem. Durioribus usi sunt et Syrus et Arabs Chaldaeusque vocabulis. Melius: valere te jubebit; a te deficiet.

Paulo post Chaldaeus habet: Extende plagam manus tuae et tange. Ne liberior em hoc loco Paraphrasten egisse censendus sit: lectionem forte aliquis variantem suspicaretur: שְׁלַח־נָא נָגֵע וּרְקֵע. Excidisse potuerit quidem primum hoc נָגֵע; sed Chaldaeum tamen, qui Paraphrast en se profiteatur ipse, variae lectionis auctorem facere nolle.

v. 15. Conferatur maxime Ill. Michaelis Bibl. Orient. et Exeget. Tom. VII. pag. 217 - 220. Syrus לְתַפֵּל שְׁבָא et irruerunt latrones. Conf. Matth. XXVI.

XXVI. 55. ubi **לְקֹדֶשׁ** pro λαττος ponitur. LXX. *et*
אַיִלָּוְתֵּנוּתְּ, **לְקֹדֶשׁ** legisse videntur. Nomi ni
 scilicet proprio **שָׁבָט** id quidem difficultatis Gramma-
 ticae inest, quod si Sabaeos intelligas, virorum nomen
 masculini generis esse debuerit; quamvis populorum
 tamen nomina, apud Schmidum nonnulli, commu-
 nia esse putaverint. Numne vero, quod Piscatori
 etiam atque Schmidio placuit, terrae ac regionis no-
 men inpropte hoc loco pro incolis forte ponatur?
 Sic de Bello Trojano: *Asiam Europa invasit*, si dixe-
 ris, justa certe reprehensione carueris.

v. 20. **וַיַּגְּזַל** Syrus, Arabs et Chaldaeus eodem ver-
 bo utuntur. *οι ο': εκείρατο*; Vulg. *totundit*. Attamen
 quin S. V. Ernesti l. c. sententiae calculum adjicerem
 non potui: qui quidem furori isto, quo percitus sur-
 rexerit Iobus, *evellere* melius convenire praestantissi-
 me docuit.

v. 21. **שְׁמָה**. Chald. Paraphr. **לְבִית קְבוּרָתָא** ad
 domum sepulturae. Ille igitur, sicut equidem mallem
 etiam, *terram*, *matrem quasi omnibus communem* hoc
 secundo membro intelligendam putavit. Solaminis
 aliquid habet ista mortis imago, qua per Euphemismum
 ita depungi solet: *Ad matrem redeo*.

CAPVT II.

v. 2. **מִשְׁתַּחַת אָרֶץ וּמִמְתַּחַת בָּהּ**. *Terram ce-*
lerrime circumvectus et in ea deambulatus sum. Verbo
 שׁוֹת fivé defective שָׁט festinans iter describitur;
 additur autem מִמְתַּחַת בָּהּ, ut summa, quacum
 ad omnia ac singula attenderit cura et diligentia simul
 declare.

declaretur. Satanam lente festinante acerrime oinna
scrutatum esse, verbis his designari puto.

v. 3. Arabs ^{تَغْيِيرٌ ذِي} وَتَسْيُونَ ^{incitasti} me. Quod
eum in finem notatu dignum videbatur, ut ^خ
et Ebraeorum ^{שָׁוֹר} cum eodem conveniens *excitandi*
significatu recte usurpari intelligatur.

v. 3. ^{لَبَلْعُ} Syrus transtulit: ^{כַּטְבֵּעַ בְּאֵלֶּה} ut
perdam illum et post illum Arabs verbo ^{هَلْكَهْ}
usus est. Alteram igitur radicis ^{כְּלֻעַ}, *perdendi* scili-
cet significationem, ab Arabum radice ^{بَلْعَ} derivan-
dam, Syrus sequutus est, cui altera tamen *percutiendi*,
arabice ^{بَلْعَ}, hoc loco facile praestet. Ex Syriaca
vero factam esse versionem Arabicam, inter alia loca,
ex hoc nostro etiam appetet; nam Arabs interpres ori-
ginali atque ebraica editione usus, certe textus nostri
verbum ^{כְּלֻעַ} Arabico ^{بَلْعَ} expressurus fuisset.

LXX. habent: Συ δε ειπας τα υπαρχοντα αυτες δια-
κενης απολεσται. Loco τας ^{תְּנִינָהּ} legisse videntur
operi, divitiae, facultates ejus a radice ^{תְּנִינָהּ} facilis
fuit. ^{כְּלֻעַ} autem διακενης απολεσται reddunt, a ra-
dice arabica ^{بَلْعَ} deglutire. conf. Psal. CVI. 17. ubi
eodem fere sensu ponitur.

v. 4. בְּעַד־נֶפֶשׁוֹ pro vita ejus. Syrus et, qui hunc explicavit, Arabs addunt: ΔΔΔΔΔΔΔΔ ut eripatur. Glossam equidem, margini prius ascriptam, et ab imperito deinde scriba sive librario in textum ipsum receptam putaverim.

v. 7. רָע בְּשִׁׂירֵין Syrus verbum ex verbo reddidit: **קָרְבָּן** conf. Luc. XVI. 20. et Apoc. XVI. 2. II. ubi verba Graeca ελλος et ηλιομενος ita redduntur. Recte igitur reddideris: *Vltere malo*, a radice Syriaca **كَلْبَنْ** calefecit. Arabs convertit **قَرْحَة** hebr. קָרְחָה calvities; quod ad morbum Iobi declarandum pertinet; Elephantias scilicet depilatio optime convenit.

v. 8. יְעַד־קְדֻרוֹ Ad verticem ejus usque: Syrus interpretatus est **תְּמִימָדָן**, proprie: usque ad medullam ejus. sic enim in versione N. T. Syriae Ebr. IV. 12. **לְמִימָד** pro μυελος positum occurrit. Verum enim vero medullam hoc loco pro cerebro poni crediderim, ita ut hoc cranii sine verticis loco contentum pro continent, substituatur.

v. 8. בְּתוֹךְ הַאֲפָר LXX: επι της κοπριας εξω της πολεως. Legerintne forte: בְּתוֹךְ בַּאֲפָר suspicariim fere. **הַהָּר** Arabum **أَهْرَافٌ**, desertum, εξω της πο-

λεως, et **כְּפָר** proprie: *Cinis kopria* reddiderunt, quia in desertis locis inprimis, quin in urbibus etiam, fimo saepius, camelorum maxime, paratu faciliori, ligno carentes, igneum alere solebant.

v. 9. מות vulgo converti solet: *Et morere.* sed qui eo modo reddendum putant, ii deinde in diuersas sententias discedunt. Nam alii violentas ut sibi meti ipsi manus inferret et moreretur potius, quam diutius tam gravia tateretur, uxorem his suassisse verbis oportantur. Alii vero, quod minus durum certe et asperum foret: *Valedic Deo et morere,* i. e. Vitae tibi longioris spes omnino nulla superest. Deo igitur totum te permittas, mortique jam appropinquanti te tuaque sapienter compares suadeo. — Haec autem num aliis placuerint nescio, mihi nunquam isliusmodi elusionibus magis quam explicationibus exegeticis satisfieri potuisse memini. Saepius igitur de meliore quadam et aptiore verba haecce interpretaudi ratione mecum ipse cogitavi; et ita denique ultro quasi illius, qua nunc usus sum, in mentem venit. — Nam particulatum omnium loco, **¶** praefixum ponit, ita omnibus notum est, ut quae nullis porro argumentis indigent. Hoc loco igitur aut reddendum putavi: *Aut valere Deum jube, aut morere.* Nam illum, quem tu colis, Deum tuum, auxiliari tibi, morbumque, quo nunc opprimeris, sanare, aut nolle aut non posse vides. Aliorum igitur (absit blasphemia verbo) majorum beneficentiorumque Deorum numina tibi imploranda sunt, quorum scilicet ope pristina tibi bona corporis valetudo poterit restitui. Ad Iobi ipsius etiam responsum animum si quis adverterit, uxoris impia verba, eundem proflus in modum, ab illo accipi facile perspiciet: Nam, loquere, inquit, sicut impiae loqui solent et נברלה dicit eam, *impiam, quae spernat et contemnere ausa sit Deum.* Tot tantisque bonis laetis atque prosperis a Deo exornati, mala nunc, aduersaque cum acciderint nobis, haec ab Illo non feramus? Haec igitur illa erit grata mentis nostrae erga Deum nostrum affectio; hanc illi nunc pro tot tantisque beneficiis in nos

nos collatis gratiam referemus; ut valere Illum jubeamus, et ad hostium Ejus castra transeamus? Nonne potius in Illo spes omnis ac fiducia nostra erit collocanda?

v. 11. Amicorum Iobi, quorum nobis vates sanctus nomina indicavit, (nam et alios plures ad eundem convenisse, et dubium non est, et omnes viderunt) alterum alter, Bildadum Eliphazus, hique una Zopharum adiere, et posteaquam inter eos de Iobo visendo atque consolando convenisset, iter ad eundem una ingressi videntur.

v. 12. *Coelumque versus super capita sua pulverem jactarunt.* Quod ad hunc pulveris jaclum attinet, omnes quidem interpretes ita de eo consenserunt, ut, quod res ipsa statim et rei natura docebat, tristitiae signum atque imaginem, adumbrari eodem contendenter. Quid autem in specie causae fuerit, cur eo potissimum modo exseruerit se moestitia, curque iis potissimum acerbissimi, qui animis infederat, doloris signis uti voluerint; in illa scilicet ratione diligentius accuratiusque explicanda, in varias deinde Virorum eruditissimorum plurimi vias abierunt. Sed eorum, quae minus animadversione digna mihi visa sunt, mentione omissa, illud solum, quod pluribus sere placuit, paucis exponam. Pulveria igitur in aerem jactatione: terram acri mixtam, omnimodam rerum omnium confusenem, et nubila sive calamitosâ tempora designari credunt. Egregia certe, omninoque probabilis videtur ista, rei ipsius naturae et ornati poetarum communi aptissima, signi hujus explicatio. — Liceat vero et mihi meam qualemcunque de hac re proponere opinionem. Motum scilicet istum, gestumque lugentium vehementiorem id innuere exissimo: quod

ii, quorum ipsa mens et animus ipse obscurus ac nubilus sit, aeris etiam purioris lucem aegre tolerent serenam; eandeinque coelo nigrum, tristemque induitam obductamque faciem velint; eadem etiam spissa caligine aera involutum cupiant; quae animi eorum dejectam lugubreumque faciem atque imaginem, quam fieri possit maxime iisdem coloribus referant et imitantur. Dulci quadam, ut hoc addam, spissum nubilumque coelum, animum nostrum tristem et moerentem, melancholia afficere nobis consciit sumus; laetis vero nobis metiis, sudum contra candens atque serum aeris speculum, novam animis hilaritatem infundere fentimus.

v. 13. *Et federunt cum eo in terra septem dies et septem noctes,* Caussas investigatum iverunt interpres, quas propter septenarius hoc loco numerus ponatur. Futile vero studium hoc, nec operaे pretium esse videtur; nam ad historiae potius ornatum numerum hunc pertinere, ad eandemque veritatem magis reddendam positum esse censeo. Quin veterum solemnis ille erat mos, ut, qui proprii cujusdam negotii causa ipsi aliquem ultro adirent, sive ab alio quodam mitterentur, ii per septem vel novem dies primos continuos, conviviis hospitalique munificentia exciperentur; nulla prorsus de negotio quodam ab ipsis confiendo mentione injecta. Ita centies apud Homerum, veteres que post illum poetas. Quamobrem ne carminis ornatum vates sanctus negligeret, eodem modo Iobi amicos per septenarium hunc dierum numerum, de fortunae ejus commutatione tristissima silere facit; nec Iobum ipsum minus, ita se ab omnibus per illos dies querelis abstinuisse dicit; ut hospitalitatis potius officiis sanctissimis totus vacaverit. Suus autem quidam populo fere cuique ceteris sanctior atque potior placuit numerus,

numerus, et septenarium in primis apud Orientis populos in praecipuo quodam honore fuisse, ex innumeris locis appareat. Quonobrem numerum illum hoc etiam loco ponit, non est quod miremur, quamquam Graecorum poetarum novem dierum serie magis deletari, vel ex ipso, quem supra iam laudavi, Homero facile intelligitur. *Nec cum ipso loquebantur.* Ex iis quae hactenus disputavimus, quomodo verba haec intelligenda censeam, primum erit intellectu. Nam omnino nihil, per septem dies illos integros, nec cum Iobo nec inter se amicos confabulatos esse, mihi persuadere nequeo. Sed ab omni eosdem adversae Iobi fortunae mentione abstinuisse, neque fando rehovarent dolorem, diligenter cavisse credo. Additur etiam causa silentii, quae ad istam meam sententiam stabiliendam et confirmandam facere potest: *Quantus esset dolor ejus videbant!* Interpretationi huic denique Criticos apud Polum Anglicanos etiam complures adstipulatos esse video.

CAPVT III.

v. 3. *Pereat dies, in qua natus sum et nox, de qua dixerunt: in ea puer ille conceptus est.* Non nasci, nec in hos vitae scopulos incidere longe optimum putat, et diem illam *in qua natus noctemque in qua conceptus sit interire, et redire in posterum non exoptat;* ne miserorum etiam illorum, qui in illis sive gignantur seu nascantur, fata tristissima redeant. Aliis contra: *Numquam ut fuerint dies et nox illa precari Iobus creditur.* Huius an illi potius sententiae calculum meum adjicere debeam, dubius fere haereo. Commate scilicet quarto et octavo quae leguntur, ea posteriori, reliqua vero priori interpretationi potissimum favere credide-

B

rim.

rim. B. quidem Lutherus priori accedit sententiae; meque, ut ingenuo fatear, eidem magis assentire, negare non possum.

רֵהֶה גָּבָר Puer ille conceptus est: haec cum ita converti, ad Iobum ipsum referenda putavi. LXX. Ιδού αρρεν: en puerum! facillima forte literarum commutatione pro רֵהֶה legerunt. Schmidius eosdem verbo verbum permutasse, alterumque alterius loco posuisse opinatus est; huic autem ut assentire a me impetrare non potui.

v. 4. חַוְעֵשׁ LXX. ελθόις τεβοא legisse videntur. Sed nostrum melius est.

v. 5. יִגְלֹדוּ Syrus interpres: נִכְבְּדֵנְתֶּם et ex illo Arabs يَغْطِي tegant illum. Vulg. obscurent.

Sed Interpretum hunc a textu hebraico dissensum B. Vogelius lectionis varietati minus, quam interpretibus ipsis tribuendum putavit. Et fieri omnino potuerit, ut Grammaticarum rationum minus periti גָּלָל nostrum cum גָּלָל, convolvere, confuderint, et verba haec bina eandem vim habere putaverint; sed quia Vulgatae doctus certe eruditissimusque interpres, iisdem adstipulari videtur, omni equidem lectio-
nis variae יִגְלֹדוּ pro יִגְלֹדוּ suspicione carere non potui. — Paraphr. Chald. יִתְנַנֵּן transtulit: quod reddi quidem posset: Inquinent illum. At vero טְנַנֵּן apud Syros et Chaldaeos invidendi etiam vim et significatio-
nem habet. Nonne reddas igitur invideant illum, i. e. denegent, non dent; ut est apud Virgilium: Liber pam-
pineas invidet collibus umbras. Nam et inquinandi et conspurandi notio, cum invidia hand parum convenit,
quae propter id idem etiam mordere dente lividojet
venenum spargere dicitur.

כְּמוּרוּיִ

כְּמַרְיוֹן, Praefixum כ a veterum absuisse inter-
pretum editionibus, B. jam Vogelius annotavit. Hoc
tantum addam. Arabs in Polyglottis Londinensisibus
convertit: يَبْغُتُنَوْهُ quod hypothetae mendum et ita
corrigendum puto; ut sit يَبْغُتُنَوْهُ a radice بَغْتَنْ idem cum בָּגַת nec opimum opprimere et terrefacere
يَبْغُتُنَوْهُ يَبْغُتُنَوْهُ Utinam terruerint eum ama-
ritudines five calamitates ejus. نفس enim pro-
nominis loco saepius ponitur. Praeterea rem ita se
habere ex Syro, quem expressit Arabs, ipso iam appa-
ret; habet enim ille: لَكَمْ لَكَمْ لَكَمْ لَكَمْ لَكَمْ
perterrefaciant eum amaritudines diei.

v. 6. Ad conceptionis noctem transit, et reliquarum
anni noctium numero eandem eximi precatur; ne plus
res posthac miserrimi eadem illa per anni vices redi-
eunte, ad tot tantasque et tam atroces calamitates
generentur.

יְקַחֵן Syrus אֲסִירָה וְאֶתְבָּשָׂר et Arabs iterum
يُغْطِيهِ Ni forte sententiae totius modo vim expres-
suri proprium verborum significatum minus curasse cen-
sendi sicut; variam lectionem נְכֻסָּה subesse versioni
eorum suspicarer. Post לְזָנָה paraphrastice addidit Sy-
rus: אֲסִירָה, ac si fuisset in editione ejus:
דַּיּוֹבָב הַזָּה אֶל-יִתְרָה: Dies illa ne adunetur. Haec
autem ita paraphrasim sapiunt, ut omnis variae lectio-
nis
B 2

nis suspicio longe absit, et ex interpretis ipsius, qui sequentia etiam ad diem referenda putavit, ingenio nata sunt.

Syrus סְרָעֵב בַּתְּנִינָה in numero dierum; paraphrastice ac si fuisset: בְּמִסְפֵּר יְמֵי שָׁנָה.

Syrus סְרָעֵב et ex illo Arabs حَسْبٌ computare. LXX, εἰη, quos B. Vogelius יְהִי legisse concidit. Variae lectionis autem hoc loco nulla mihi in mente invenit suspicio, nam εἰη a radice Graeca εω, latino idiomate, eo, derivandum censeo: μη εἰη εἰς ημερας ενισχυται, non eat, non accedat, ad dies anni, inter anni dies non computetur. Ipsa etiam verbi cum Praepositione εἰς constructio, hanc mihi interpretationem suadere videtur.

v. 7. Syrus נְסָעֵת sit solitaria, et qui hunc expressit Arabs, يَكُونُ مَعْدُومًا sit derelicta, Syrorum abfondendi vim habet, unde Gaza, thesaurus, quasi dicas abfonditum. Eadem etiam significatione Arabum عَدْعُونَ usurpari solet; unde quod non reperitur, non existit, teste Golio. Hi igitur, *filicis*, glabri lapidis significationem, et ab ea mutuari solitam sterilitatis imaginem ignorantes, reliquorum interpretum instar omnia alia sequuti sunt; quaeque contextui et antecedentibus aptissima videbatur, eam hujus loci fecerunt versionem. Illorum autem translatio, aliquo tamen modo cum vero loci hujus sensu conciliari possit, si noctis sterilitatem, in qua

qua nulli in posterum neque concipientur neque pariantur liberi, solitudinis imagine declarari posse memineris. Vulgata: *solitaria*; LXX. ὁδυνή, ut Chald. etiam Paraphr. צְשַׁרְתּ tribulatio. — רָנָנָה Chaldaea Paraphrasis male ad *galli fluestris* cantum retulit, cum super recens nato tamen infante laetitiae gaudiique vox toti huic orationi aptissima sit: *Nunquam auditatur in illa lactitiae super infantis nativitate cantus.*

v. 8. Non iis modo, quae vera sunt, sed iis etiam quae vera putantur a multis, etiam si ficta sint, Poetis utiliter; dummodo universa poematis integri series verisimilitudinis legibus pareat. Sic hoc etiam in loco factum esse, non est quod dubitemus.

v. 9. נִיר quae inde a vocabulo hocce usque ad commatis finein sequuntur, Arabs non habet. At quia Syro non desunt, nulla textus originalis varia lectio subesse potest; sed fieri potuit tamen, ut illud Syriacae versionis exemplar, cuius scriptum sequutus sit et explicaverit Arabs, lacunam hoc loco habuerit; nam ex Syriaca ille suam Arabicam fecit.

בְּעֵפֶר־שְׁרָתָן palpebras Aurorae. Nocti non solum sed diei etiam palpebras apud veteres poetas, saepius tribui solere, dubium non est. Ita etiam hoc loco palpebrae Aurorae, primorum solis radiorum loco ponuntur. Sic Euripides in Phoenissis. Νύκτος αφεγγεις βλεφαρον, νοctis palpebra tenebrosa et Sophoclis Antigone v. 100. χρυσεας αμερας βλεφαρον nominari videmus. — *Aurorae palpebras* igitur aspicere, auroram ipsam, ipsumque mane et diem ipsam esset aspicere; nulla porro dies alia noctem illam sequatur. Haec autem etiam bene satis convenient, poeticae tamen dictioni aptius fere ornatusque ita converti putaverim: *Non aspiciatur palpebris Aurorae;* לְאַיִלְתָּה punctis tantum vocalibus paullulum mutatis.

tis. Aurora eo modo, quae nocti alias, tribuuntur; et personam illa, more poetarum solenni, indnit, eque mari caput quasi sensim extollere videtur. ita ut palpebrae priores, quam os atque facies tota pectusque et corporis reliquae partes conspiciantur. Quae cujusvis igitur diei mane, expergefacta somno surgere coelo, candidoque terram circumspectans lumine, diem venientem aliam nuntiare consueverit, eandem Auroram nativitatis suae die exortam non fuisse, et non prodiisse vellet, ita ut per binatum noctium et unius diei spatium tenebrae continuae fuerint, illaque dies nunquam illuxerit. — — Cui vero, quamvis pulcherrimae, quae obstant interpretationi, ea non reticere debo. Nam **רָאשׁ־הַבָּ** quod innumeris fere locis: *cum animi motu quodam jucundiori, summa laetitia perfusum aliquid videre*, significat; num idem etiam ita convertere liceat, ut praefixum **בָּ** ad *instrumentum*, ut dicunt, sive ad id, cuius ope aliquid efficiatur, designandum referatur, dubitari potest. Sed fieri potuerit tamen, ut hoc loco minus frequentata quidem, sed reliquis tamen compositionis et colloca-tionis verborum regulis atque legibus non repugnans, dictionis hujus vis atque significatio quaedam superfuerit. Quernadmodum enim latine recte dixeris: *oculis mei te viderunt, ita non minus: bis meis oculis vidi te,* dicere liquerit. — Ex Poli etiam Criticorum Anglicorum Synopsi, hanc eandem viro cuidam docto (cujus autem, propter notularum marginalium confusione atque commixtionem summani, nisi forsitan Vatablus fuerit ille, nomen eruere non potui) sententiam placuisse, laetus vidi. Duo namque veritatem anquircentes, ubi varias ingressi vias, ad eundem ambo finem pervenerint, propter hunc ipsum eorum consensum, id de quo inter illos, *nescius ipsis*, convenerat, verisimilius fieri videtur.

v. 10.

v. 10. *Quia non clausit ostia ventris mei; tunc abscondisset nempe laborem ab oculis meis.* S. V. Barthius verba haec ad conceptionem partumque impediendos traxit, et radicem נָסַן de mulierum sterilitate, 1 Sam. I. 5. 6. occurtere optime docuit. Vatablus, Mercerus et Castalio, ventrem, seu uterum potius, qui Iobum gestarit, nec minus reliqui Interpretes, quos Polus excerpit, de utero in quo jacuerit, ex quo prodierit Iobus, interpretati sunt. At Pineda, Schmidtius et Schultensius apprime, ad noctem conceptionis solam, et conceptionem impediendam retulerunt, quibus equidem assentio; nam diei nulla porro mentione injecta, ad noctem solam proxime antecedentia referenda sunt. וְסָהָר Omnes fere, in hac dictione eodem modo, ac si fuisset ita explicari potest: *tunc, ubi concipi me passa non fuisset, tunc ab omnibus malis, quae quasi agmine facta, plurima in me irruerunt liberum me praeslitisset.* Ita transtulerunt Alexandrii interpretes: απηλλαξε γας αυ πονου απωφθαλμων με.

v. 11. Commatis hujus sensum ita acceperim: *Aet* mihi etiam*s* concepto, tot tamque variae periculorum vices imminebant, tenelli ipsius necdum editi, foetus facillima destru^clio, partus ipse, infirmissima primae infantiae aetas, parentum ipsorum, nutricumque incuria negligentiaque, quibus omnibus et singulis tot tamque innumeris parvuli infantesque praematura morte perimuntur et abripuntur; quamobrem autem miserinus ego quidem, ista omnia, votis eheu felicior evasi. — מִרְאֵת flatim posteaquam ex utero prodii, sive in ipso partu. Pineda, Vatablus, Mercerus, Drosius, Coccejus, aliique: inde ab eo tempore, quo adhuc eram in utero. Sed haec minus placent

B 4

mihi:

mihi; nam praefixum **בָּ** hoc loco, otiosum minime puto, nec facile quisquam, Iobum in ipso matris utero mortem sibi exoptasse, mihi quidem persuaserit; quod etiam carminis ipsius **נֹתֵן** non patitur. Ipsius enim in utero matris exstinctio, matrem ipsam in ultimum vitae discrimen adducturam fuisse, quamobrem illud quidem optare netas esset. Potius *in ipso jam partu*, matre salva ac fospite, obstetricis five obstetricantium culpa atque recordia enecari potuisse cupit. **מִבְּטַח רָא צָאתִי**; antecedens **רָא צָאתִי** subintelligendum est: *quidni egressus ex ventre statim exstinctus sum;* quidni debilis post partum infans mox interire potui! Male Syrus et Arabs: *Ex utero cur egressus sum?*

כְּ? אֲפָק' Periisseм utinam!

v. 12. Ad obstetricantis equidem, foetum, ne' procedat in terram, sedule excipientis genua referendum puto. Quid mihi genua? Quid mihi mammæ? Ut lactarer? Post partum potius abjici statim, exponique fameque enecari satius mihi fuisse; omnes enim, quae miserum nunc exagitant me, calamitates molestiasque beatior multo evaluisse!

v. 14. **הַבְנִים חֲרֻבּוֹת לְמוֹ**, LXX. *οἱ εγνωμωντο επι τοις ἔρεσιν, superbientibus, propter enses, quos gestabant.* Legerunt forte **הַבְנִים** a radice vel **בְּנָגָג** cui laetitiae dissolutae, exorbitantis superbiae vis ac notio fuisse videtur. — Syrus et Arabs: *pro ruinas habent.* — Interpretum alii *de solitudinibus et desertis locis colendis, et sumtuosis, quibus nomen sibi famamque et gloriam parent aeternam, aedibus moliendis et aedificandis cogitarunt.* Ita Barthius, Schmidius et apud Polum Critici fere omnes. Alii vero, quos inter Schultensius merito prius nominatur, *se-pulchrales regum aedificationes adumbrari malunt; et* **הָאֵ**

hae omnino antecedentibus, ubi mortis et sepulchri
vates meminit, apprime conveniunt.

Hanc igitur Schultenii explicationem praestantissi-
mam, cui Ill. etiam Michaelis suffragatus est, mutua-
rus, recens quoddam tamen vocabulo חרבות affunde-
re lumen speraui. Radicis scilicet חרב, Arabum

خرب findendi et perforandi notio certissima est.

Porro חרבת et خرب nostro חרבה simillimum, fo-
ramen est.

Quarum igitur per Arabiam numerum
magnum esse constat, specus illas patentes et vasta ru-
pium antra, nostro חרבת innui et designari credo.
Quamobrem converti verba haec: Die sich aus Fel-
senhöhlen Gräber bauen. Qui rupium antra, qui
specus sibi, domus scilicet sepulchrales aedificant; do-
mum quasi propriam et mansuram excavantes. Spe-
luncarum autem ei specuum ad mortuos humandos,
vitaque defunctorum corpora inferenda usum non est
quod exemplis efficiam; ipsum jam Abrahamum Gen.
XXXII. uxor Sarae corpus exstinctum speluncae intu-
lisce notum est. Servatoris nostri corpus etiam, cru-
deli enecatum funere sepeliisse dicitur Iosephus εν τῷ
καινῷ αὐτῷ μνημειῳ, ο ελατομητεύεν τῇ πετρᾳ.
Matth. XXVII. 60. Principum vero magnatumque
et ditiorum in specie mos ille rupium antra ad sepul-
chri aedes exstruendi et exornandi potissimum solennis
fuisse videtur; cum tenuiores contra in specubus atque
cavernis ejusmodi ipsi vitam degerent, et aedium loco
illis uterentur, unde Troglodytas et reliquas gentes,
quibus eadem consuetudo fuit, celebrari accepimus.
conf. maxime Ill. I. D. Michaelis: De Troglodytis,
Seiritis et Themudaeis Dissertatio, in Syntagmate

Comment. pag. 190. et ibidem pag. 204. excitatur Corani Sur. XV. 83. *Excavabant ex petris domicilia sua, perennes futuri,*

v. 21. **מִכְתָּמוֹנִים**. *Prae thesauris abditis, ita*
Schultensius et Piscator. Reliqui fere: *ex latebris.*
Verba Schultensii ipsa adjicere liceat. *Pinguntur, in-*
*quit ille, mortales tam avide (sive quod mibi potissi-
mum innui videtur avidius) inhabantes morti,
quam alii inbiant thesauris et quidem sub terra recon-
ditis, quos summo studio ac labore eruere conantur,
triumphaturi, si opes illas, quas sperant cumulatissi-
mas, effodere contingat.* LXX. *ανορθωτες ωσπερ
δημωνες, qui thesaurorum instar illam effoderent.*
Illud autem Vir summus persuadere mihi non potuit,
quod Praesens effodiunt quam effoderent mavult; ne-
que vim ornatunque figurae quomodo minuere possit
video; nam ita mihi interpretandum esse videtur: *Sci-
rent dummodo, ubinam inveniri, ubinam locorum
effodi atque ex insimis terrae barathris erui posset, lu-
bentes certe, quin avidiores moriem, et desiderio ma-
gis flagranti effossuri essent, quam qui thesauros recon-
ditos effoderent.* Miserorum flagrans illa mortis cupi-
do, pulcerimis lectissimisque coloribus pingitur.

v. 22. **אֲלֵי גּוֹלֶךְ חַרְבָּא**. *Lactantes ad Cho-
ream usque.* Ita Schultensius, Barthius et Critorum,
qui a Polo laudantur, nonnulli. Quos sequutus, Schul-
tenso tamen, etymologicis, quod Vir summus affo-
let, rationibus verba misere torquenti, non contradic-
cere non possum, qui Chorea solenni pompa qua-
dam ductas intelligit. Laetitiae potius signa naturae,
id quod vel ab infantibus discamus, aptissima, saltan-
di scilicet et tripudiandi motus, gestusque designari
crediderim. Sic etiam LXX, sententiam hauc uno
verbo

verbo expresserunt: περιχωρούτες, "eximis gaudentes.

v. 24. **לְפָנֶיךָ חִמֵּי** Panis instar mihi sunt suspiria mea, ita post Schmidium atque Schultensium converti. I Sam. I. 16. ubi **לְפָנָן** iterum occurrit, ab Ill. I. D. Michaele: Beschimpfe deine Tochter nicht vor den Augen einer niederträchtigen Freundinn, transfertur. At Penninah praefens assuile non videtur. Prov. XVII. 18. ubi Vir Illustris variam suspicatur lectionem, commide satis, pro amico suo, verti posse existimaverim.

v. 26. Praeclaram commatis hujus, splendidissimamque Gradationem, quam dicunt, poeticae notemus: Firma mihi prorsus nulla, neque stabilis felicitas est! Ne somno quidem ab aerumnis, atque diurna resici molestia licet! Quin potius nulla quidem datur mihi quies, a laboribus atque dolore! Tremor contra timorque perpetuus, miserum me denuo semper exagitat.

CAPVT IV.

v. 2. **דַּנְסָח** Cyrus **כָּפֹרְתִּי** si cooperim, quem eodem modo Arabs **كَفَرْتُ** expressit. Verbi **כָּפֹרְתִּי** ex Actor. I. 22. II. 4. V. 27. Phil. IV. 10. certa satis est significatio. Vulgata: Si cooperimus. Hi omnes igitur infinitum conjugationis Niphal modum, leviter tantum punctis vocalibus mutatis, pronuntiasse cendi sunt. Tentando verbum contra te, defatigare; ubi colloqui tecum tentamus modo, id ipsum tibi iam onerosum est. Egregia vero Ill. Michaelis versio est, quam

quam non sequi non potui: *Tentabimusne loqui contra te?*

v. 3. יסְרָאֵל Syrus et Arabs primam posuerunt personam, ita ut יסְרָאֵל et paulo post אַחֲרֵיכֶם legisse videli possent. Sed liberius Syrum libri lob interpretem locum nostrum, ut in aliis etiam iisque non paucis fecit, explicasse rationumque grammaticarum negligentiorem fuisse potius crediderim.

v. 6. Ut in commatis hujus hemistichio secundo convertendo, a trita plurimorum, quin potius summorum Virorum omnium vestigiis impressa via non diverterer, a me impetrare non potui. Suasit enim (venia detur praeter voluntatem erranti,) suasit inquam membrorum parallelismus, minime ille quidem negligendus; suasit res ipsa; suasit orationis atque verborum singulorum limpide fluens atque liquidissimus cursus, suasit solita verborum, haud sine summa necessitate relinquenda significatio; suaserunt inquam haec omnia ac singula, illam quam proponere ausus sum versionem: *Religio nomine fiducia tua, nonne pietas tua integerrima spes tua est?* Suspicer nempe scriptum fuisse in libris veterum: וְתִקְוֹתָךְ בְּתַפְּתָךְ. ב prefixum autem, quod ante תַּפְּתָךְ fuerat, temporis live injuria evanuisse, seu a librario quodam negligentiore clare minus expressum fuisse, ita ut תַּפְּתָךְ esse videretur, crediderim. Sive etiam Vau praefixum transpositum videri posset, ita ut ab initio fuerit: וְתִקְוֹתָךְ תַּפְּתָךְ. Ejusmodi aliquid factum esse ex Alexandrina appareat versione; ναὶ η ελπίς σθ, ναὶ η ανανεῖται (ita melius pro νανεῖται habent libri) της οδος σθ; duplex ναὶ habent, quod priori, quam proposui, favere conjecturae videretur. Tot autem Homoioteleton concursus atque continua series, litterulae unius

unius transpositionem vero haud absimilem reddit. Interpretum, si ab Alexandrina versione discesseris, veterum, ne unum quidem a lectione Masorethica ab horrere fateor: at haec sive transpositio sive litterarum commutatio illorum omnium aetate antiquior esse posset.

v. 8. Pro חָשֵׁי Syrus legit festinantes. Nam habet ille: עֲמָלֵךְ מִשְׁפַּט qui currunt in peccatis,

et qui eum expressit Arabs אלְذַיִן يַجְרֹוּ qui cur-

runt, qui festinant. Paraphrastice addit Chaldaeus: Quemadmodum vidi generationem diluvii; ut ne scilicet ad Iudeorum gentem, sive ad ejusdem maiores pertinere sententia haec videretur. Scaturit ubique Paraphrasis ista, vanissimis atque maxime ineptis ejusmodi additamentis, laciniarumque ab interprete affutarum plenissima est.

v. 10. וְשַׁנִּי כְּפִירִים LXX. γανγίαμα δρακοντων. Legerunt forte pro שְׁנִי שְׁנִי extulit sese, et כְּפִירִם pro כְּפָתְנִים, levi solum facta litterarum commutatione. Nam si in Editione LXX virali כְּפִירִם scriptum fuisse cogitemus, ita ut evanuerit atque נְתָווּ נְתָווּ assimilatum fuerit; falli interpres ita, ut הַ תְּ in serendum putarent, facillimum fuit.

v. II. יְהִפְרֹדוּ separantur conf. Ill. I. D. Michaelis Chrestomathia Arabica pag. 2. a radice قَنْبُونْ conjunctio separare. Conjugationis scilicet Hithpael significatio passiva ab initio propria, conf. Job. XV. 19. Ies. LII. 2. superesse

superesse hoc loco videtur. Quocirca converti: Solitarii ambulant, incedunt filii leaenae, catuli leonis, caturvatum non amplius conspicuntur, omnes fere interierunt fame, ita ut unum aut alterum juvenem leonem nunc videamus, ubi corundem antea caturvae ferociantes discurrere solebant. Vnus solum alterve superest.

לְתִירֵשׁ LXX. Μυρμηγολεων; Vulgata Tigris. Est autem proprium quoddam atque dignissimum nomen leonis: *Strenuus, fortis, qui sui similem non habet, a radice* לְתִירֵשׁ *non fuit, לְתִירֵשׁ Strenuus, Leo, conf.*
Golius in h. voce; ita etiam Schultensius convertit: Robustior Leo.

v. 12. וַיָּהֵי תְּקֻמַּת אֹנוֹן שְׁמַעַן; arripuit auris mea surrum ab illo. Praeterlabentis soni celerrimam arreptionem, voce vernacula enthaschen exprimere studei. שְׁמַעַן sonus incertus, obscurus, quemque non nisi summa animi attentione excipias, nostrum fere Gesflüster. Splendidissimi hujus oraculi omnes fere ornatum pulcherrimum debitissime interpretates laudibus extulerunt. Hoc ipsum autem divinum mihi, et Mosis, seu quis libri hujus praestantissimi auctor sit, a Deo datum esse credo. Tristissimae, quae populum suum dejecerat servitutis, asperrimam coram Deo deplorans sortem, gravi deinde nocte proxima oppressus somno jacuisse, nancque coelitus revelationem, qua mentem solaretur, accepisse videtur. Cur tot tantisque molestiis premi Israelitarum populum affligate voluerit, per somnum docuit illam hoc divino oraculo Deus; scilicet ut, qui Dei sui obliiti essent, nunc demum expurgiscere discant, opemque illius implorent, qui solus.

lus eos ab omni malo tutos praestare possit, qui que tot sanctissimis promissionibus, Abrahamo, Isaaco, Iacoboque pollicitus erat, quia sanctissimo, per semet ipsum jurans, jurejurando confirmaverat; fore ut posteritatis eorum curam ageret perpetuam, suoque eosdem speciali quodam et propiore moderamine tutaretur. Monitionis igitur et consolationis aliquid oraculo nostro inesse videtur. Monitionis: sua mortaliū non paucos, sua potissimum culpa, saepius multa atque tristissima pati, dum correctionem leviorem negligendo graviora et asperiora in se trahant. Consolationis autem: paterna Dei, benigna aequa ac sapientissima providentia mundum et res praesertim humanas ita regi, ut dummodo homines ad meliorem frugem redire, et adversis vitae casibus meliora, iustitiam, ordinem, temperantiam ac moderationem edoceri velint, ex quamvis profundo molestiarum gurgite rursus emergere possint.

v. 17. מְעַשֵּׂר LXX. legisse censendi sunt אָז מְעַשֵּׂר convertunt enim: η αὐτο των εργών αυτα
num ab operibus ejus.

v. 18. רָאַיָּה Fidos non declarat; a radice vocis Kal, fidus fuit. זִבְנִי vocis Hiphil: Fi-
dum fecit, censuit, declaravit.

v. 19. Commatis hujus sensus hic est. Domuum lutearum incolae, mortales, infirmitatis atque imbecillitatis propriae parum memores, id arrogare sibi audiunt, quod ne angelis quidem contingere potuerit? Inde a primo vitae mane ad vesperam usque, variis illi quidem miseriis et calamitatibus tunduntur; sed quislibet nullis correctionibus animum advertentes, prorsus percunt, omnibusque vitae bonis, opibus co-
piisque

piisque exuuntur. (Radicem נֶצֶח de amissione bonorum opumque etiam usurpari Deut. XXII. 3. 1 Sam. IX. 3. 20. Jerem. L. 6. Ezech. XXXIV. 4. 16. et alia loca docent. לְנֶצֶח a radice נֶצֶח apud Arabes

نَصْحٌ purus fuit, v. c. pura limpidaque fuit aqua, proprie, ad integrum prorsus, omnino). Nonne saepius aufertur etiam ab illis pauculum illud, quod reliquum erat, pristinae fortunae, atque nihilominus moriuntur tamen idem ipsi, quibus haec omnia accedunt, nondum sapientes. (Reliquum ipsorum, a radice יְתִיר רַיֵּן reliquit, reliquum fecit. Et non in sapientia, nondum sapientes; LXX. πάρει τὸ μὴ εὐχεῖν αὐτοὺς σοφίαν.

מִכְלֵי מִשְׁבֵּת לְנֶצֶח יָאָבוֹר; haec verba LXX. interpretes ita converterunt: πάρει τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοῖς βοηθηταῖς, απωλούτο. Scilicet מִשְׁבֵּת cogitare de victoria interpretati sunt; Quia non cogitarunt de victoria, interierunt; saepius enim נֶצֶח de victoria plena atque hostium profligatione integra acceperunt. Vnde etiam sacrorum foederis novi librorum scriptoribus, Hebraismus ille frequentari solet, quo eis νίκης, nostrum לְנֶצֶח, apud illos: prorsus, omnino, in aeternum significet. Conferatur Ill. I. D. Michaelis Einleitung in die göttlichen Schriften des Neuen Bundes, Dritte Ausgabe, erster Theil, pag. 127. 128. Pro יְסֻוּרִין LXX. legerunt: vertunt enim: εἰς ὦν καὶ αὐτοὶ εἰ τὰ αὐτὰ πηλὸι εἰμεν: quos inter nosmetipſi etiam ex eodem luto efformati sumus. יְסֻוּרִין fundamentum ita explicarunt, ut materia esset, ex qua creati primum et efformati sumus, pulvis scilicet et terra. Seu forte יְסֻרִין legerunt, nam fieri potuit etiam, ut lector

יסרנו

וַיֹּאמֶר ita pronuntiaverit, ut interpres illum יִצְרָאֵנוּ le-
gisse putaret. conf. supra ad C. I. v. 3. scripta.

v. 20. לְפָנָיו עַש ad instar tineae; ita post Schultensium, Schimidium aliquos converti. מִבְקָר לִעֲרָב Schultensius atque Mercerus verba haec de vitae humanae initio ac fine acceperunt. Vitae quodcumque hominibus conceditur spatium brevissimum, variis tam ad mortem usque casibus tunditur.

Huic autem, quam proponere hactenus et confirmare studui, oraculi nostri explicationi, haud spernendum quidem capitinis sequentis comma 17. lumen affundere existimo. Nam de industria veluti, exponere ibidem et interpretari voluisse oraculum hoc Eliphazus censendus est; beatumque praedicat illum, quem paterna sua correctione dignari voluerit Deus; ita ut, de illo, quem in adversis vitae humanae casibus, poenique hominibus infligendis propositum habeat Deus, scopo ac fine benignissimo; atque de adversae fortunae, modo ut homines illa sapienter ac prudenter utantur, aequamque rebus in arduis servare mentem nunquam non meminerint, exitu laeto atque felici sperando, oraculum hoc divinum recte ac optimo jure explicari posse, facile colligatur.

CAPVT V.

v. 2. Cujus mentionem Critici apud Polium non nulli atque Schultensius fecerant, illam in commitate hoc vertendo interpretationem sequitus sum. Continuam scilicet hanc et cum antecedentibus cohaerentem orationem putaverim: Fortiter ferendo igitur adversam potius fortunam leviorum reddere doberes, nec te

C

Deum

Deum clamoribus tuis fatigare decet, nam fore ut responsum tibi det, nunquam poteris sperare. Angelorumne quemdam ambire, utque tuam apud Deum causam agere velit, exorare tibi licebit? Memento potius, iram divinam encare stolidos, et indignationem Dei interficere stultos. אָוֹלֶל stolidus atque securus quidam impius atque nefarius est, cui scilicet torporeum mentis profundum, ut expurgiscatur tandem, neque secunda nec aduersa fortuna excutere valeant, qui totius rerum uniuersitatis et vitae suae non minus moderatorem rectoremque summum sapientissimum atque beneficentissimum, Deum suum videre et agnoscere nolit; durusque semper et nullis neque beneficiis, neque correctionibus ad meliora probanda et sequenda adductus, שְׁעַד aegritudinem, excandescientiam divinam tandem provocaverit.

v. 3. Exemplo dicta haec stabiliuntur et confirmantur. Vocabulum אָוֹל hoc loco iterum ponitur.

סִירֵץ Cyrus; حَكَمْتُ cui omnia bene proferant; et Arabs أَسْتَقْلَام erigentem se. Variam subesse lectionem non credo; nam verba potius, eundem sensum fundentia posuisse, Cyrus non modo, sed, qui hunc explicasse videtur, Arabs etiam censendi sunt; quae radices enim firmas terrae fortesque altius adegerit arbor, ea laetior etiam feliciorque exsvrget.

וְאַקְוּב נָרוֹן פְּרָאוּן : Chaldaeus: Et maledixi habitaculo ejus repente. Cyrus autem: סִירֵץ לְכִילָה Et perire progeniem ejus post ipsum; Arabs. que

que expressit hunc: وَهَلْكَتْ دُورِيَّة نَعَلَةٌ et perire
 progeniem illorum post illos: ita haec eorum interpretatio
 in Polyglottis vertitur. Sed equidem ئىدۇ Syrorum et
 ۱۰۰ Arabum, mansionem ac domicilium vertere mal-
 lem; nam apud Arabes دُورِيَّة Aldovar, Tentoriorum
 orbicularis vicus est pagiue, teste Golio, et Allgem.
 Reisen Vol. II. 487. נָקָר in tempore infinito acci-
 piendum esse Syrus opinatus est. LXX. εὐθεῶς εβραῖη
 αὐτῶν η διατάξ; sive נָקָר legerunt, seu quemadmo-
 dum Syrus fecit, nostrum נָקָר infinitum tempus
 significare putarunt. Διατάξ pro domicilio ponunt.—
 Vulgata: Maledixi pulchritudini ejus. repente, נָקָר
 pulchritudinem convertit; quo significatu quamvis gau-
 deat nonnunquam, ille tamen huic loco minime con-
 venit. — Mihi etiam, ut hoc addam, verbum נָקָר
 a Syro, secundum alteram ejusdem, perforandi scili-
 cet et hinc *destruendi*, notionem translatum esse veri-
 simillimum est.

v.4. Secundae hanc et aduersae fortunae, poetis
 orientis suetam, imaginem, iisdem fere, quae pre-
 ierat Ill. Michaelis, in convertendo verbis expo-
 sui. עִשֵּׂי proprie libertas a radice עִשֵּׂי apud Arabe
 وَعْ amplius, in patenti quodam, aperto ac amplio loco
 constitutus fuit, liber fuit. Hoc loco autem innuit,
 absolutionem in judicio; nam damnationem vincula et
 libertatis amissio sequi solebant. Deum nempe vates
 sancti mundi totius et mortalium cuiusvis regem, et
 ad instar orientis regum, judicem simul tremendum

C. 2

dicere

dicere amant, et hanc ob caussam deinde, quaecunque sive bona, laeta atque felicia, seu mala, tristia adversaque hominibus acciderint; ea omnia Deo iudici, suum cuique pro cuiusque meritis tribuenti, vel remuneranti, vel punienti assignant. יְשִׁיר igitur, proprie, *absolutio judicialis*, re vera secundam modo *fortunam* designat; contravero: *Nullo eripiente in iudicio contundi*, idem est ac si dices: *Summis, in quibus nemo opitulari nobis posse*, miseriis et calamitatibus, asperriusque vitae casibus exagitari. Nam quaecunque mortalium vitam premere solent molestiae, cuaeque graves et anxiae, illas omnes suppliciorum diuinorum nominibus, vates sancti, sicut et omnes reliqui illorum temporum poetae, appellant.

v. 5. Conferendum puto Caput XXIV. 10. II. ubi nefariorum hominum farris manipulos portantes famelici, oleumque ejus vinumque prementes sitibundi describuntur. קָצֵר Messen ejus, fruges intelligo ab eo demessas; nam proprie קָצֵר est *seges demessa*, *fruges demessae*, et exinde transfertur *ad tempus frugum, ad aestatis et messis tempora*.

וְאַל מַצְנִים יְקַחּוּ et in corbes colligent illam,
ab Arabico صَنْ corbis, Syrus: لَّا تَرْكُلْ وَ ادْسِتِيم.

Legit forte צָמִים. nam postea, in isto vocabulo convertendo, eodem verbo utitur. Id autem apparet, quod notatu dignissimum est, ו praefixum in ejus libro non fuisse. — Conferri potest autem adversiōinem meam confirmandam, Arabum صَنْ corbis plenus et aestuans, praeſertim vindemiatorum, quod cum nostro

nostro מִצְרַיִם omnino unum idemque vocabulum esse
videtur.

וּשְׁאָתָה צְמִיר חִילָּם Propter membrorum parallelismum, et famelicorum supra factam mentionem, מִצְרַיִם hoc loco *sitientes* innuere, et ita verendum esse putavi: splendidissimam enim, quam Ill. Michaelis de hac enunciatione dedit, versionem demiratus quidem, sequi tamen ausus non sum. Vulgata, Syrus, Arabsque *sitientes*. Obstat modo שְׂאָתָה singulari numero sive ενικός positum; at suspicarer equeidem, litterae transpositionem factam et pro שְׂאָתָה potius שְׂאָתָן legendum esse, quod, quia antecedens יְקָרָה etiam in eandem litteram exit, eo facilius accidere potuerit. Minus vero placet, quod tentasse nonnullos video, qui שְׂאָתָה partitive explicandum esse dicunt: *Quisque sitientum hauriet opes ejus:* פְּנַטָּה a radice פְּנַטָּה, ut קְרַמְּה a radice קְרַמְּה punctis vocalibus mutatis derivari posset, et jejunos igitur significaret *Diuturna et intolerabiliter fere inedia exsecata, avidi opes ejus deglutiens.* Iejni autem famelicis supra dictis optime responsuri essent; ni veteres forte Interpretes, צְמִיר, שְׂאָתָן, *sitientes*, legisse censendi sint, quod mihi tamen dubium esse videtur. Porro שְׂאָתָה summa aliquid accipiendi et deglutiendi cupiditatem innuit, simili ab animalibus mutuato, quae anhela fere et suspiris alte ductis, atque exploso e naribus et gutture gemitu, pabulo viso inhiare solent. — **חִילָּם** Divitias ipsorum, opes abunde coacervatas.

v. 7. **לְעַמֵּל** *Ad laborem nascitur homo.* Mortaliū est, ferre labores, vitaeque terrenae curas atque molestias non paucas tolerare; et quo minus altius evolet aliosque superet omnes, sua illum sors ipsa ac sua ipsius conditio impedit. At vero בְּנֵי רְשָׁנָה, avium filii

C 3 rapacium,

rapacium, qui raptu vitam alunt, violentisque et audacissimis facinoribus aliorum hominum facultates et opes ad se rapiunt, iis solis altius evadere, atque supra humanam fere, reliquorumque quibuscum vivunt, mortalium sortem extollerent se atque evolare continet. Hic enim commatis lajus sensus est. Mirari noli, quod impiorum opes divitiaeque congestae, post eorum mortem semper fere disfluere distrahiique soleant, cum vitam tamen iidem, ab omnibus prope molestiis liberam, omnibusque, quibus censetur humana felicitas, bonis affluentem exegerint. Nam mortalium sortis ea est conditio, quae eosdem a multis laboribus, curis, rebusque adversis liberos existere non patiatur. Quos autem reliquis hominibus omnibus fere, divitiis, opibus, copiisque præpollere videamus; eosdem rapacium instar avium vixisse, vique et rapinis, concussionibusque alios saepius bonis ac facultatibus suis exuisse, magna certe suspicio est. Iustitiae leges igitur, quas scripsit et ab aeterno rerum huic pulcherrimae omnium universitati condidit Deus, hanc post obitum malorum, distractionem ac dissipationem eorum, quae contra jus fasque coagmentaverant, fieri jubent; ita ut eadem postea sive ad eosdem illos homines, quos spoliaverant, sive ad eorum posteros, temporis ac rerum humanaarum vario decursu redeant.

Quae vero contra hanc meam sententiae hujus explicationem moveri dubia possint, reticere nec debui, nec volui. Num verum est, rogitate possit aliquis, quod hoc loco dicitur: Opulentos, divites, potentesque semper fere rapaces et injustos fuisse, et sive inhonesto ac fordido lucro, seu rapinis atque concessionibus opes suas collegisse, et divitarum copiam, qua nunc abundant, quae fuisse? Minime verum est! Sed nihil ad me. Nam primo falli potuit Eliphazus, cuius haec senten-

Sententia proponitur; sicuti diem suam natalitiam execrando, salva Scripturae Sacrae auctoritate divina, errare Iobus potuerat. Quin disertis etiam verbis in ipso carminis hujus divini fine erroris arguantur amici, qui cum Iobo colloqui erant. — At vero minime desunt mihi argumenta, quibus dictum hocce durius quidem excusare et pro temporum illorum ratione satis verum fuisse ostendere poterim. Nam in primis fere gentium, populorumque incunabulis tanta hominum divitum atque pauperum diversitas esse non solet. Vitae necessitatibus, victui atque cultui satis tenui comparandis, omnis ab initio labor atque industria impenditur. Postea vero singulorum hominum opibus crescentibus, needum legibus latis, quae fraudulentos atque rerum alienarum cupidos homines (quorum certe gentes rudiores et incolas inter, numerus haud parvus esse debet,) fraeno quasi saluberrimo quodam coercere possint: primorum certe divitum et opulentum non patisci, vi saepius atque violentis et injustis mediis, quibus divitias suas adauertarent, uti consuevisse existimandi sunt. Quicunque scilicet Homericum et reliquos antiquioris aevi poetas legerit, qui cunque ad populorum primum a barbarie ad cultiorem et mansuetiorem vitam transitum animum attenderit, qui civitatum, regnorum et populorum memoriam veterem et conditionem, antequam ferrentur leges, tristissimam, v. c. Athenarum ante Draconem, Solonem, Locrorum ante Zaleucum, Charondam, aliosque Pythagoris disciplina imbutos legislatores; Romaeque ipsius ante XII. tabularum leges latas et postea etiam turbulentissimum atque miserrimum statum novit; ille etiam, ni fallor, Eliphazum ita loqui, et sine magna quadam injuria haec afferere potuisse, facile mihi largietur. —

Fieri potuit autem, ut Eliphazus iisdem verbis etiam, Iobi ipsius opes atque copias, quibus nunc omnibus exutus erat, antea ingentes, tacita quadam et laeva criminatione, raptus atque injustitiae arguere voluerit. Nam etiamsi vitam Iobi piam ita, integrumque fuisse crediderim, ut quamvis levissimum in illo, justae criminationis ejusmodi caussam, ne ullus quidem inimicorum ejus etiam, invenire potuerit; hominum tamen, qui consolatum amicos venerint, plurimorum ingearium satis superque notum est. Meis ipse auribus equidem audivi virum haud indoctum nec imprudentem, qui amicum suum optimum et summae integritatis virum, cuius domus non modo, sed reliqua etiam omnia fere igne absunta erant, consolaturus cum venisset, inter alia multa, haec etiam ingerebat: *Dolere tu quidem noli! Poenam potius haec omnia divinam esse momento, et de iis maxime, quibus hanc calamitatem demerueris peccatis, in posterum fugiens et evitandis, ut cogites ego quidem suadeo; tunc omnia tibi reddet Deus; et bonis te cumulabit.* Haec cum audirem, equidem amicorum Iobi non meminisse non poteram; qui eodem proflus modo cum Iobo egerant. Sed ea mortalium omnium fere imbecillitas est, ut aliena facile, nostra raro, vitia cernamus, atque ubi nulla sint etiam, ibi tamen in aliis facile inesse quaedam suspicemur; ita Iobi etiam amici, (qui pro istorum saeculorum genio, quaecunque homini adversa acciderent, ea suppliciorum a Deo inflitorum loco habebant) peccata ejus quaesitum ibant, quae Deus puniisset.

v. 10. פָּשָׁע pascua; tractus illos campi jacentis longiores intelligo, qui per totum fere Orientem vagis pastoribus parere solebant. (J. D. Michaelis vermische Schriften, 1ster Theil pag. 128. 129. ejusdem de Nomadi-

Nomadibus Palaestinae Commentatio, in Syntagm.
Comment. §. I. ubi Virgilii Georg. III. verba etiam ad-
ducuntur). **וְלֹא** proprio, quod foras est; ubi de do-
mo, extra domum, ubi de urbe, extra urbein, ubi
de regno, extra regnum. Hinc etiam est platea, et
inde tractus illi, pastoribus vagis patentes, hoc voca-
bulo designantur.

v. 15. **מִחְרָב מִפְרָה**, *Gladio, ori ipsorum, et*
fortioris manibus, pauperem eripit. Os ipsum gladio
comparatur, ut ancipiti linguam novaculo conferri
saepius legimus. Ne ore truci, quod gladii instar est,
pauperes in judicio interimant potentes; neve miser-
um illum, crudelibus jam dominis servum addictum,
fortiores manu abripiant, cavit auxilio suo Deus, qui
opem illis ferre pollicitus est.

LXX. legerunt **וְיַשְׁעֵת** **חֶרֶב** *Gladius, ensis, bel-*
lum auferet illos, vertunt enim: απολοντο εν πο-
λεμῳ. Pro sequenti **מִפְרָה** legerunt **מִיר** *חַזְקָא בְּכוֹן*
exire facit, eripit e fortioris manu pau-
perem, habent enim: αδυνατος δε εξελθαι εν χειρος
δυναστε. At vero nec haec, nec illa varia lectio ejus-
modi est, quae suffragium quoddam atque calculum
ab aliquo latura sit. Melius longe, aptius elegantius-
que nostrum textus ipsius scriptum est.

v. 20. **פָּרָה** *eximit te, a radice פָּרָה, eximere, sive*
pretio persoluto servum aut addictum redimere atque
liberare. Hinc pro quavis postea liberatione po-
nitur.

CAPVT VI.

v. 1. Pro כְּעֵשֶׂת Vulgata legit עַשְׂנָה, vertit enim: utinam apponderentur peccata mea. — וְהִוְיָה LXX. et Vulgata atque Chaldaeus legerant עַשְׂנָה. habent enim: LXX. ταῦς δὲ οὐναὶ με, Vulgata: Calamita-
tes, quas pator. Chaldaeus: אֲתַרְנוֹשָׁת et affi-
ctio mea. Sed Masorethica lectio certe praestan-
tior est.

v. 6. טַעַם יְשָׁאָן Quemadmodum priora
loci hujus dicta de cibo interpretanda sunt, sic טַעַם
etiam hoc loco de gusto et sapore, qui cibo inest, ju-
cundo sive tristi intelligendum existimavi. Apud Ara-
bes radix nostra טַעַם, sive طَعْمٌ, de cibo capien-
do proprie dicitur. Sic Corani Sur. CVI. 4.

الذِي أَطْعَمَهُم in IVta', qui cibavit illos, et CVII. 3.

علي طعام المسكين ad cibandum pauperem. Ipsam
autem Iobi quaestionem ita intelligo: Num sputo,
(sumnam certe nauseam moventi) spuma equa, quam
diris exagitati somniis eructare solent, saporis quiddam
inesse poterit? Non injura certe, non injuria conquer-
ror, nam omnia mihi salva si essent, non magis ego
clamarem, quam molles depascens herbas rudere ona-
ger, aut, cui farrago abunde praebetur, bos ad pinguis
stabulans praesepia mugire solet, sed insipida mihi atque
insipida sunt, quaecunque mihi apponuntur.

v. 6.

v. 6. כָּרֵר חֲלֹמוֹת Vulgata: *Quod gustatum affert mortem.* legit igitur דְּרַקְוֹת. Idem etiam legerunt LXX. sed pronuntiarunt חֲלֹמוֹת, habent enim: εν οὐρανοῖς αεναις; ita enim scripti interpretationem fecerunt: *In spuma vacillantium.* Ita Syrus etiam in Polyglottis: *in spuma ebriorum,* quod in versione Polyglottis Londinenibus in Margine adjecta male reditur: *in albumine vitelli.* Arabs ibidem habet:

فِي مِيقَتْ أَلْحَقَنَا quod male convertit ejus in Polyglottis interpres: *in succo portulaceae.* Nam مِيقَتْ salivam designat, jejuni in specie stomachi, post ebrietatem; et حَقْ fatuus est: vertendum igitur: *in spuma, in saliva fatuorum, ebriorum.* Haec denique □ cum □ permutatio, praegentis etiam, distincta minus litteras singulas efferentis, culpa facile fieri potuit. vid. supra ad Caput I. 3.

v. 7. Pro נִגְעָו Syrus legit נִגְעָו sive in percussione sua. Arabs **بِغَلْكَاكُهُ** male vertitur in Polyglottis: *libertatem suam.* **فَقَ** enim est: *dissolvi, languere, decrepitum esse;* terterem igitur: *in languore suo.* Nam explicavit Arabs versionem Syriacam; et Syrerum **בְּלָא** contundendi, plagiisque afficiendi significatum habet.

LXX. Syrus et Arabs **רָמָה** pronuntiarunt
 Habent enim: Syrus: **אַלְכָלֶל** aut ejulatur, voci-
 feratur. Arabs: **أَوْيَصِرْخُ** aut exclamat: (male in-
 terpres ejus in Polyglottis: aut incedit) LXX. **βρομον**
γαχ οξω, fremitum enim video. Pro **כְּרוֹי** Syrus et
 Arabs vertunt: **Sicut ebrius**: legerunt, a radice
רוֹת Syrus a radice **לְחִמָּה** belligerare deri-
 vandum censuit, vertit enim: **בִּיכְבָּר** et ex illo Arabs
لִגְנָעֵל **قَنَالِي** pugna mea. LXX. denique pro lege-
 runt **לְנָזָב** verterunt enim: **Οὐ δύναται γαχ πάσ-**
σαθεία: requiescere non potest anima mea.

v. 9. Syrus **וְיַדְכָּנוּ** et post hunc Arabs
وَيَطْهُرُنِي et mundet me. Simili vocabulorum sono
 deceptus, **רְכָא** Hebraeorum idem cum **נְכָלָה** Syro-
 rum esse creditit.

וַיַּבְצֻעַנִי Et colligat me: Colligendi scilicet primam
 verbi **בְּצֻעַ** significationem fuisse credo, ut: *colligere*
messem, fruges, poma. A frugum amputatione de-
 inde, amputandi significatum accepisse videtur. Ara-
 bum etiam **بَصَحْ** hanc colligendi vim habet. Inde
 etiam **בְּצֻעַ** lucrum est: *opes collectae, concervatae.*
 Ps. CX. 3. Prov. I. 19. *opes colligere.* Ezech. XXII. 27.
 Amos IX. 1. de lucro faciendo positum est. Ies.
 XXXVIII. 12. textor quidem, qui confectum iam et
 absolutum opus, qui telas colligit atque convolvit.
 Joel.

Ioel. II. 8. Iaculis disiecti milites, qui commate nono vagantes depinguntur, nunquam sese postea colligent. Zach. IV. 9. *aedificium colliget*, quaecunque ad extruendum illud pertinent, ea omnia conficiet. Et nostro denique loco: Utinam segetis instar maturae porrecta manu, Deus me colligere vellet.

v. 10. LXX. legerunt: וְתִהְיָ שְׁרֵי מִנְחָתִי *Et sic urbs mea quies mea*, i. e. sepulchrum meum, vertunt enim: Εἴη δέ με πόλις ταφος. Et porro: וְאַסְלָדָה בְּתַחְלָה לֹא אֲחַמּוֹל *et cuius* (subintelligendum putarunt *אֲתָה אֲשֶׁר*) *fossam transfliero*, *cujus* (scil. urbis) *non parcam*: εφ οὐ επιτρέψων ηλομην, επιστήνεις καὶ φεισμούς. Male: וְאַסְלָדָה *Syrus convertit*: ψαλδά, quod male interpretata est versio in Polyglottis latina, et perficiar. Vertendum esset potius: *et consoleris me.* Ioh. XI. 19. 1 Thess. II. 11. Graecum παρακαμψειθανατη hac eadem voce Syria ex-primitur.

חול Proprie radix חֹול *distortum et incurvum* designat; unde dicitur ille, qui doloribus contortetur, incurvatur, vulnere duplicatur. Splendidissima certe et rei ipsius naturae aptissima verissimaque *imago*: ultimis scilicet doloribus percitum, extremumque agona patientem coram intueri mihi videor. Duplicato corpore pedibus terram quatit, et motu quodam vehementiori, quae quantaque patiatur, significast. Animalia quicunque, ubi mortem appropinquantem sentiunt, semel iterumque viderit, ille etiam egregiae hujus fortissimae imaginis sensum, horrore animos permoventem recte capiet. Saepius eadem Homerus atque Virgilius uti alicant.

v. 15. **נָפֹק נַחֲרֵי** Verbum נָפֹק Arabum **نَفَقَ** propre est: *exit et in Hiphil נָפֹק*, Arabice in IVta **نَفَقَ** exire fecit; unde porro nostrum **אָפֹק** fons, *scaturigo aquae*, et *rivulus* etiam e fonte pro-
manans. **נַחַל** autem vallis non minus quam rivulus est. — In verbis ipsis igitur nihil est quod oblet, quo minus alterum commatis hujus hemistichinum alteri re-
spondere possit: *Perfidi facti sunt amici mei, rivuli instar, et sicut torrens vallium evanescunt.* Vallium scilicet torrentes designari puto, qui nive soluta, a montium verticibus, verno tempore delabuntur, ingentique sonitu atque murmure furdo magnorum fe-
re fluminum speciem ostentant; mox autem, aestatis caloribus ingravescientibus, subito decrescunt, atque, ni forte hominum industria, aggere facto, quo minus in deserta bibulae arenae loca dilabantur, eos impe-
diat, penitus sensim exarescunt.

v. 17. **זִירְבוּ** Rivuli fiunt iterum, qui flumen
instar antea ingenti montium atque convallium fragore
proruperant. Arabum **سَبْعَ** *septum* sive *canalim fa-*
cere et **خَرْبَ** *canalis aquae*, conferri merentur. Ad
horum etiam instar amici, dum fortuna nobis favet
secunda, adulationibus atque protestationibus fervent,
illa vero ubi tergum nobis verterit, hi etiam post alte-
rum alter taciti abeunt, nec amplius videntur, neque
audiuntur.

v. 24. **אַמְרוּ וְשָׁרֶ** *Institutiones de recto*, de eo,
quod rectum sit. **נִמְרָצָן** *Praecipitanæ* sunt; a ra-
dice

dice Arabica سریع، praevertit alium, et سریع velox,
 celer, nostra لیکو lucem accipit. Satis etiam ad rem
 ipsam aptum esse videtur, quod amicos male disputan-
 tes praeceperantur incusaverit ملک autem, ubi aegro-
 tandi notionem habet cum Arabico ملک conferen-
 dum est.

v. 25. יוכוֹת redarguitur, docetur, corrigitur.

אָמַן Quod Capite I. II. exprimendum
 non putavi jusjurandum, quia cum Deo ipso scilicet
 Satanás loquutus esse dicebatur, idem illud tamen hoc
 loco retinendum et in convertendo non negligendum
 esse credidi. Nihil est enim, quod particulae **אָמַן**
 propriam jurandi vim minuendam esse suadeat. Nam
 sanctissimo Iobus amicos jurejurando alloqui, et pro-
 missa sua, sine omni dedecoris suspicione, Deum
 ipsum testem invocando, firmare poterat.

v. 28. עֲלֵה תְּהִרְיוֹן Non sit perversitas, non
 sit iniquitas ad quam convertimini; hoc enim subin-
 telligendum esse crediderim. Vos igitur converti-
 mini, modo ne convertatis vos ad iniquitatem: et ego re-
 vertar; illud enim virtuti mihi duco: Errores dum-
 modo vestros vos agnoscere volueritis, ego etiam me
 errasse confitebor.

CAPVT

CAPVT VII.

v. 1. Syrus צְבָא tempus, et Arabs hunc sequutus צְבָא convertit. LXX. πειρατηγον; experientum militiae, res militaris, bellica. Vulgata: Militia. Vocabuli צְבָא secundaria quaedam temporis praefituti significatio fuisse videtur.

v. 2. Recte quidem interpretatus est Syrus צְבָא; male autem convertit hunc interpres ejus latinus in Polyglottis: ut absolvatur opus suum; huic scilicet Arabs erroris causa fuisse videtur, qui eodem modo explicavit, قَدْمَانْ فَاعِلْتْ; Syri potius verba ita sunt convertenda: ut rependatur merces operis sui; nam Matth. V. 33. et alibi saepius, pro Graeco αποδίδονται Syrorum צְבָא positum reperire licet. Paraphrasten egerunt LXX. ὁ σπερ Θεραπεων δεδοκως τον κυριον αυτον, και τετευχως σημας: Vita hominis servi inquit est, qui, clam dominum, in umbra paullulum quiescit; at pavidus tamen omnia circumspectet, ne cessantem ab opere dominus videat metuens.

v. 2. Arabs מַרְדֵּךְ male in Polyglottis: et filii; vertendum fuisse: et quievi. Versioni huic illa radicis מַרְדֵּךְ significatio convenit, qua, laxatis membris quiete, resolutum et effusum designare solet.

v. 5.

v. 5. לְבָשׁ בְּשֶׁרֶוּ רַמָּה וְנוֹשֵׁעַ עַפְרָה *induitur corpus meum vermis, et glebis pulveris; vermis atque glebis terrae tectum est corpus meum.* Vitium in Paraphrasia meam irrepsisse confiteor. nam duplice ibidem sensu vocabulum רַמָּה exprimitur. — *Vermicularis* intelligit Ill. I. D. Michaelis, putrescentibus jam vulneribus innatos, cutemque nigrain, asperam, horridam terrae glebis conferri docet. — Mihi autem sequens illud: *Consanescit cutis mea, remedia potius morbi, quam milerae aegrotantis conditionis descriptionem antecedentem polcere videbatur.* Quamobrem de vermium genere quodam, lumbricorum forte e terra nascentium et id genus aliorum, in mentem venit, quos refrigerandi vulneris causa una cum recentibus terrae glebis cuti diffissae applicaverint, ut lenirentur dolores, disruptaque cutis mollior facta rursus coeat.

וַיִּמְאַס Radicem Arabicam مَأْسَ miscere, confundere, turbare, cum nostra מַאֲסָ contuli: miscere vulnus igitur idem esset ac: cui cicatrix iam erat superinduta, iterum refricare. Syrorum لَمْبَرْ ruempere, dividere, discindere nostrae non minus favet interpretationi; et eodem verbo usus est interpres Syrus: قَلَّمَّابْدُ' quod Actnt. XXVIII. 6. pro Graeco πιμπεράδη ponitur; Arabs وَتَبَلَّسِي biat, dilatum est vulnus; et ad eundem sensum Chaldaeus: אַרְמְסִי. — LXX. quamquam in omnia alia abeunt, ξενίων sive ξενίων radere, fricare tamen exprimentem putarunt. His rationibus adductus verbum מַאֲסָ hoc loco, de vulnere refricando positum existimavi, ita ut sensus hic fere sit: Quae vermium atque terrae recentis emplastro consanuerat fere cutis mea, eadem

D

illa

eum suminis iterum iterumque discinditur cruciatibus,
non aliter quam si durus quispiam recentem adhuc ci-
catriecem mihi atterendo semper denuo disrumperet!
Miserationi certe commovendae, lugubris haec atque
teta imago aptissima mihi videtur.

v. 10. יִכְירֹו Vernaculae linguae vocabulum de-
erat, quo uno duplex illa circumspectandi atque acis
oculorum denique aliiquid assequendi significatio expri-
meretur. נָכַר autem et הַכִּיר avide circumspectan-
tem et tandem id quod cupiebat, aspicientem designat,
et hoc idem voce vernacula erschauen imitari studui.
Nostrum enim schauen, circumspectare, avide cir-
cumspicere ac speculari; erschauen cum praefixo er,
ut ertingen, ersleben, ersiegen, vanam non fuisse
speculationem, sed rem optatam tandem ipsam a no-
bis visam fuisse innuit. Ad eandem prorsus analogiam
supra Cap. V. v. 20. פְּרֹה entkaufen converti; qui
nondum in servitium redactus sit, illum a servitute
vindicare; extimere potius quam redimere. — Cir-
cumspectandi denique viam ac significatum primum ac
proprium, quasi fuisse radicis נָכַר inde pater, quod

Arabum: ﻥَكَرٌ in Xma: quaesivit, quod non novit,

hancce, quae saepius etiam alibi in sacris litteris inve-
nitur, vocis hujus significationem confirmare videatur.
A circumspectando deinde secundaria agnoscendi notio
oritur; quaerendum et circumspiciendum est enim,
quod non novimus, atque anquirendo et circumspe-
ctando aspicimus denique et agnoscimus; inde נָכַר
peregrinus, qui non nisi quaesitando agnoscitur; et ab
eodem reliqua verbi hujus significationes: non cognos-
cendi, denegandi etc. ductae sunt. Vertas igitur:

Ne

Ne acerrime circumspectando quidem iterum in loco suo illum aspicias.

v. 12. **תְּנִין** Saepius vocabulum hoc, quod satis certum et exploratum habeo, Crocodilum significat; at nonnunquam, (num forte hoc etiam loco?) latius paullo, pro quibusunque monstribus marinis cetibusque ponitur.

v. 15. **מַעֲצָמָת**, Syrum, et, qui ex hoc suam fecit versionem, Arabicae versionis autorem, LXX. et Vulgataam hocce praefixum valde incommodum non legisse Ill. iam Michaelis docuit. — Litteras forte alio modo dividendo, suppetias ire loco huic posseimus: **מוֹתֵת עַצְמָתִי** Mortem suam offa mea. Durius tamen et insolentius est; nec ita mihi placet, ut ne variam lectionem, hac meliorem putem.

v. 16. **סִירָע** Syrus **לְאַבְדָּל** Dissolutio mihi est; deliquum jam patior. *conf. supra v. 5.* nam et hoc loco liquefendi ac diffluendi significationem exprimere maluit. Praestantissima vero et cui, audias dummodo, assensum tuum negare fere non poteris, Ill. Michaelis versio est: *Sperno! Abst a me! Aeternum non vivam!* — Et membrorum ut servaretur Parallelismus, secundum etiam commatis hujus ita, ut alterum alteri aptum esset, converti: *Abst a me! Halitus instar sunt dies mei! Declinandi et rejiciendi aliquid significatio, radici Arabicæ, quae cum nostra* **חַרְלָל**

convenit, **חַדְלָה** propria est. Forte etiam Exod.

XIV. 12. **מִכְנָה חַרְלָל** *Abst a nobis* verti possit. *Abst a nobis! Potius Aegyptiorum servi erimus! Non possum*
D a tamen,

tamen, quin Syri quoque interpretis hand ita spernendam neque ineptam interpretationem accuratius examinandam proponam: Haec igitur illa est: *Deliquum jam patior! Diu non vivam! Consummatum est! De me actum est! Halitus instar sunt dies mei!* ita ut praecedentis commatis haec verba explicationem continerent. **לעוי** *Diu, in longum tempus,* convertit. Nostro haec vernaculo idiomate ita converterem:

Ich wese schon! Ich lebe nicht mehr lange!

Mit mir iſſt aus! Ein Hauch ſind meine Tage!

v. 17. **כִּי תְגַדֵּל נו** Syrus: **תָּבֹאֵל**, *ut per das illum:* seu legit **תְגַדֵּל נו**, seu liberius et paraphrastice potius convertit.

v. 19. — **עַד בְּלֹשׁ רַקֵּי** *Donec salivam meam deglutiam.* Morbum, quo laborasse videtur Iobus, Elephantiasin, si species, hie fere dictio[n]is hujus sensus esse debet: Tanto per omnes dies ac noctes, aestu comburor interno, aridaque crudelissime membra mihi omnia ita depascitur febris, ut prae ardentissima, quae miserum me excruciat, siti, ne saliva[rum] quidem pauculum quiddam arente sub palato superfit, quod identidem siccā fauce colligam atque deglutiam. Qui febri ipse ardenti laboraverit, idem sibi metipſi hoc ipsum identidem accidisse meminerit.

v. 21. **נָשָׁה** proprium hoc loco verbi hujus significatum retinendum et exprimendum putavi. *Cur non auferas peccata mea?* Cur poenis me, quae oneris instar gravissimi, incumbunt mihi, meque deprimit, liberare noluisti, qui mihi ipse satis oneris sim.

CAPVT VIII.

v. 2. רוח כביר Vocem omnibus fere animi motibus vehementioribus et perturbationibus exprimendis infervire notum est; et eodem sensu latiori hoc etiam loco accipendum esse putavi. Superbae Iobus nullo certe jure taxari poterat, qui quidem nil nisi peccatorum veniam petiisset, seque deliquisse non insiciatus, veniam tantum atque a suppliciis irrogatis liberationem cupiisset.

אמר פין, Syrus: ﻂـ ﺔـ ﻂـ ﻁـ ﻁـ quod Arabs explicavit; et versio ejus in Polyglottis latina: implet os tuum; ac si legisset נְמַלָּא. Syri tamen equidem pro sermone, oratione, verbisque accipere velleum, quemadmodum in eadem ejus versione v. 10. iterum occurrit. Sic enim omnia recte se habebunt, nec temere de varia lectione cogitandum est.

v. 15. יִשְׁעֵן Innititur. Ad impium ipsum referendum puto: Araneae instar domui suae innititur: sed illa non stabit. Sic veteres omnes fere Interpretes, sic et recentiorum nonnulli verterunt.

CAPVT IX.

v. 3. **רוֹרְשָׁעַ רְאֵי יְהוָה** scil. Nullus novit; prorsum nec opinum omnibus accidit, quod senescant et aboleantur montes. Ita fere Schultenius etiam convertit; et veterum Interpretum, LXX, Syrus, et ex illo Arabs. Vulgata vero Ill. Michaelis tuetur versionem.

v. 9. **וְחַרְרֵי תִּמְןָ** *Penetralia austri* mecum Schultenius stellas, polo Antarctic proximas esse, et easdem hoc loco designari censuit. Nam Astrologorum illa consuetudo satis nota est, qua suam stellae cuique domum assignare ament. Quo facilius Poetae, pro stellis australibus penetralia austri nominare licuit.

v. 11. Mortalium in conspectum numina ubi ve-
niunt, exadverso numquam, sed a tergo semper et ab-
euntes, manifesta quadam sive luce seu pulchritudine,
agnoscuntur: sic est apud Virgilium Aen. I. 401-405:
Dixit et avertens rosea cervice resulst.

v. 21. **אֲכָאֵס חַיִּי** Vitam meam me odisse me opro-
teret, si purum ac integrum et perfectum me putar-
em. Merito poenas incurrcem divinas, Deique
supplicia, si candidum me et ab omni prorsus labe in-
tactum opinarer, nec debita potius animi summissione
peccatorum veniam exorarem. Hoc enim modo satis
bene apteque omnia cohaerere videntur; sed melior
tamen et festivior certe Ill. Michaelis post Schulten-
sium interpretatio mihi videtur, quam in Paraphrasi
etiam expressi.

v. 22.

v. 22. **אָמַרְתִּי** Hoc unum est, quod me terret, quod sciam scilicet me, etiam si peccatorum meorum mihi conscius sum, etiam si ea ingenue consitear et remissionem eorum atque suppliciorum condonacionem rogaverim, tot tantisque tamen plagis atque poenis a Deo ipso affici, et idcirco ita de illo loquutus sum. — Haec ad meam et veteribus solitam loci hujus interpretationem. Altera nova illi Michaelis facilis est: *Vitae pertaefus sum! Hoc unicum illud est; quo circa dixi: innocentes cum noxiis excindit.* Cum ab amicorum dictoris Iobus semetipsum antea defendisset, qui superbiae scilicet illum, ut qui pree Deo justum semetipsum putaret, antea insimularant: novam nunc orationis et defensionis quasi orditur pericopen, ita scilicet ut dolore percitus animique victus tandem, moderamen mundi divinum Deique providentiam ipsam incuset, et ita cum hominibus in mundo agi clamet, ut justine homines an iniusti sint, unum fere idemque esse videatur.

v. 23. **וְנִשְׁאָב** Flagellum hoc loco poenae instrumentum esse apparet; et eundem vocis hujus usum alibi etiam in Bibliis sacris saepius invenies. Ipsa quodammodo inter insignia Dei regia, omnes fere orbis antiqui gentes flagellum seu scuticam numerare solent. Arabum carmina, quin etiam Coranum ipsum modo evolvere cui licuit, ille etiam innumera fere ibidem imaginis hujus exempla obviam sibi fuisse meminerit; ut Corani Sura LXXXIX, 13. *Quamobrem effudit super*

سوط عذاب
eos, i. e. hostes tuos, Dominus tuus,

flagellum poenae. Sic i Reg. XII. II. Salomonis sceptrum, scuticae, Rechabeami vero scorpioni comparatur. Sic Deos suis Deasque Homerus sceptri loco

saepius *scutica* exornat, et Horatius etiam Odar.
 L. III. 26. flagellum pro sceptro posuit. Deorum
 scilicet regnum, vitam, actionesque, ad regum he-
 roumque virae similitudinem efformantes, saepius va-
 tes omnia alia Diis sceptri loco, v. c. *fusum* etiam,
 Graecis ηλανατη, Deabus, majestatis regiae insigne
 tribuere solebant. Regum autem et Heroum ipsorum
 etiam erat, baculo seu scutica, seu virga, seu quod-
 cunque manu tenerent, reos atque peccantes percuten-
 te. Quemadmodum praeterea iidem in bello ac prae-
 liis curru vehi, reliquum vero ignobile vulgus pedibus
 ire solebant; illi etiam scutica utebantur; sic poetarum
 etiam plurimi Diis Deabusque majoribus omnibus fere
 currum seu icamque dederunt; et eodem modo factum
 esse videtur, ut pro majestatis divinae regali quodam
 insigni poenaque instrumento scutica ponи consuefes-
 ret. — Dictioni vero, quaecunque ad fictionem poe-
 ticam referenda sunt, si detraxeris, hic fere supererit
 verborum proprius sensus: Providentiae divinae nutu
 mundum et res humanas ita regi solere, ut ipsa etiam
 in hac vita, mali ac nefarii homines pessimis facinori-
 bus exitium sibi triste inveniant, supplicaque saepius
 ac poenae culpam pone sequantur. Attamen inter-
 dum bonos etiam aо innocentibus calamitatibus inelucta-
 bilibus atque molestiis plurimis premi et affligi, ita ut
 innoxii quamvis eadem fere cum reis pessimisque ho-
 minibus patiantur. Eodem modo reliqua etiam loca,
 quae Deum poenas inquantem, iratum, percutientem,
 interficientem, destruentem, et ejusdem generis alia
 agentem describere solent, de providentia divina, et
 Numine summo dignius, interpretanda sunt. Nam
 quemadmodum fieri non potest, quin sibimetipſis
 omnes illi plurimum ipsi noceant, qui nocere aliis cu-
 piant; sic etiam pessima quaevis facinora ferins ci-
 tius poenam promeritam pati, optimo quidem jure,

Scriptura

Scriptura sacra afferit. Quae scilicet per providentiam ordinariam, et secundum leges illas, quas inde ab aeterno rerum universitati scripsit Deus ac constituit, aeternas fiunt, ea omnia veteres omnes et praesertim populi orientis, Deo ipsi speciatim tribuere solent.

v. 34. כִּי לֹא כִּי אָנֹכִי עַמְּךָ Quia (si verbum verbo reddideris) *quia non justus, non rectus atque perfectus sum mecum*, i. e. quia memetipsum justum et rectum non puto. Coccoeo V. Cl. eandem jam placuisse interpretationem vidi; grammaticas modo difficultates necit et particulam כִּי praecedente verbo רְאֵה *quod aut quia explicari posse negat*. Negarem et ego, si sequens כִּי ab antecedente רְאֵה regeretur atque penderet; sed hoc loco non ita regitur. כִּי a radice נָכַן, rectum esse et justum significat. — Qui contrita, humili demissaque mente, peccatorum veniam Deum exorat; qui peccasse se, atque a recta aequi, justi bonique via deflexisse et aberrasse confitetur; qui meliora non modo videt probatque, sed sequi etiam in posterum strenuo ac firmo proposito tenet; supplicem illum non rejicit Deus, sed in gratiam potius clementer recipiet, et peccata omnia lenis condonabit. Qua spe innixus ego etiam, qui rectum memetipsum justumque non putaverim, fiducia laetus alloquar Deum patrem meum benignissimum; quaeunque contra Eum et Ejusdem leges admiserim ingenue confitebor, foreque ut ab illo condoneatur et culpa mea auferatur, indignus quamvis sperabo.

CAPVT X.

v. 2. **אַל־תִּגְנַּבְנֵי** Syrus **נָאַלְמַנְדָּה** noli me
reum declarare, seu condemnare. Nam radix **נָאַלְמַנְדָּה**
Rom. IV. 4. XIII. 8. Matth. XXIII. 16. 18. in Versio-
ne N. T. Syriaca pro graeco verbo οφελειν, Matth.
XII. 37. XX. 18. pro παταριγειν et παταδιαζειν po-
nuntur. Dubitari igitur non potest, quin interpres Sy-
rus voces **רְשָׁע** et **הַרְשָׁע** actum judiciale innuere
crediderit; quo scilicet a Deo veluti judge, reus decla-
retur aliquis vel condemnetur. Qui igitur **רְשָׁע** inju-
stum significare volunt, illis et alibi et hoc loco vetus
ille Syrus contradicit interpres, et erroris eos insimulat;
eorum autem, qui judiciale actum hac voce de-
signari credunt partes tueruntur. Arabs deinde, qui ex
Syriaca suam Arabicam versionem fecit, novus quidem
non est testis; attamen quo modo Syrum intellexerit
لَا تَدْخُنِي **لֹא תִּגְנַּבְנֵי** Noli me condemnare
ostendit. Chaldaeus: **לֹא תִּגְנַּבְנֵי** ne me condemnos,
LXX. **Μη με απεβειν δίδασκε:** Noli impietatem me do-
cere. Haec scilicet versio favet illis, qui **רְשָׁע** inju-
stum vertunt. Secundum illos igitur clementiam divi-
nam his verbis imploraret Iobus: Noli tam gravibus
porro plagis me afficere, ne violentas mihi metipsci
inferre manus quasi cogas me! Sic enim **απεβειν** hoc
loco accipiendum esse credo.

תרכינו

תְּרוּבָנִי Syrus vertit: **בְּנֵי אַדְמָן** et ex hoc
Arabs **تَدِينَتِي** LXX. **ἐνρικες**, Vulg. *Iudices*. Fa-
cile igitur cuiquam haec legenti variae lectionis
in mentem venerit; facilissima scilicet ב cum ב
et ר cum ר, in libris Manuscriptis potissimum, per-
mutatione. At vero si verbum **רַבָּב**, saepius etiam de
judiciis et causa agenda usurpari memineris, et pro-
pter id ipsum ab Alexandrinis interpretibus saepissime
voce **neḡevi** explicari solere recorderis; haud ita facile
variam huic loco lectionem subsesse, temere judica-
bis. Chaldaeus vertit **תְּנַצֵּחַ** contendit, et nostri textus
scriptum sequutus et interpretatus est.

v. 9. **וְאֶל עַפְרֹת תְשִׁיבֵנִי** *Et tu in pulverem redu-
ceres me?* Cum interrogatione membrum commatis
hoc secundum etiam vertere malui. nam ita cum ante-
cedentibus et cum tota hac oratione melius connecti
posse videbatur. Admirans igitur negat lobus: fieri
posse, ut a quo creatus ac efformatus sit, Deo scilicet,
ab Eodem rursus nunc conteratur, et in pulverem re-
digatur. *In pulverem reducere*, antecedenti persecutere
respondeat, et sive ad mortem referri ut sit: *interfice-
re*, enecare; sive ut alibi saepius, pro summa quavis
miseria, positum censeri possit. Sensus igitur loci
hujus hic esset: Recordare queso te luteum me, fra-
gilem et infirmum efformasse! Hujus enim conditionis
meae fragilitatis si memineris, me tot tantisque obrui
miseriis non paterere, quibus me devincendis parem
non esse, optime nosti! Absit a Te, Patre meo be-
nignissimo clementissimoque!

v. 10. **וְכִבְנֵה כָּסֵל** *Instar reddi solet. Sed
quamquam orientem solem accolentes populos caseli
vesci*

vesci consueuisse negari omnino non poterit, lacte tam
en coagulato, sed nondum presso, חַמָּאָה, potissi-
mum delectabantur. Melius igitur et aptius hoc
loco: *coaguli instar explicari credo; nam جَبَانَةٌ*
apud Arabes etiam generationem ipsam significat, et
جَبَنٌ etiam eidem proprium est. Quamobrem ver-
sionem meam: ejus instar laetis scilicet, ita feci ut in
utramque patrem explicari posset.

v. 12. וְחַיִּתְךָ וְחַסְדְךָ Vitam et pietatem; figura ev-
dia δυον dicendi, idem est ac: Paterno tu amoris te-
nerrimi affectu et paterna vere pietate vitae meae cu-
ram suscepisti. כְּדֵן enim, si loca, in quibus vox
haec occurrit, biblica evolvere atque conserre libeat,
pietatem, affectumque patris seu matris potius erga
parvulos infantes ac recens natos tenerrimum dulcissi-
mumque potissimum designare intelliges. Isdein
etiam misericordiae divinae imagines Ps. CIII. 13. Ies.
XLIX. 15. coloribus pingi solent. Praeterea Arabum

חַשְׁדָּה plenis uberibus fuit matrem mihi, nuper quae
peperit, innuere videtur; quod cum iis, quae de
voce כְּדֵן dixi, amicissime conspirat, et soγyn illam
ac pietatem matrum erga recens natos, uberibusque
primum admotos, parvulos tenerrimam, hoc voca-
bulo exprimi solere ostendit. Nec eadem nostro qui-
dem loco minus apta est significatio, nam vitam se de-
bere Deo, et patris instar Deum erga se benignissi-
mum fuisse Iacobus paullo antea dixerat; optime igitur,
nisi me omnia fallunt, nunc addentur ea, quae pa-
tris erga filium sint, ut pie scilicet, quaque fieri pote-
rit summa industria omnia curet, quae vitae filioli ad-
huc

huc tenerimae conservanda ac tuenda caussa fieri
opus sit.

v. 15. שְׁמַרְתִּנִי *Tunc recordabere mihi, si forte peccaverim?* Tunc quem patrem meum compellare gaudeo, delictorum meorum non obliviscare? Nonne potius sperare mihi licebit, fore ut ab omni culpa liberum me et insontem declares? Confiteri igitur peccata sua, et semetipsum reum facere Iobum, ut filii instar tamen in paterno Dei amore spem suam collocare credo.

v. 16. Syrus, Arabs et Chaldaeus, ita convertunt, ut generosissimo Deus leoni, cui in reliqua quaevis animalia regimen et imperium tribui solet, conferatur; nam exinde dignitas etiam et maiestas regia quaedam imaginibus a leone mutuatis adhae-

fit. לְבָנָן nomen leonis irritati est, cui לְבָנָן
vituperare, conferri potest; leonem enim nisi fame cruciatum sive irritatum, numquam in homines im- petum facere notum est. Deum igitur, qui demissa mente peccata fatentibus veniam concedat, insolentibus autem, et justos semetiplos putantibus, stolidaque animi elatione contra celsissimum Ejus Numinem ferocientibus, promeritam delictorum poenam tremen- dus illis iustusque judex infligat, leonis similitudine ita adumbrari crediderim, ut, quamvis infinitum semper distent humana divinis, sanctis infima, tamen nihil indignum Deo nec, pro istorum saeculorum ge- nio, turpe quid involvat contentio,

v. 17. שְׁמַרְתִּי *Schultensium, Virum summum, hoc loco sequutus sum; qui quidem ad vocem hanc expli- candum,*

candam, Arabum عَدْنَى incuravit, cucurrit, cum nostra contulit, cui equidem illud ex meis tantummodo addam: simillimum vocabulo nostro, حَادِيَةً
 peities, equitesque prae aliis in hostium agmen irruentes, Graecorum περιπατεῖς et περιπούς, designare. Hos enim, si temporum illorum in bellis gerendis modum atque consuetudinem in memoriam revocaveris, acerrimos semper et audientissimos omnium bellatores fuisse facile concesseris. Nam qui tactica omni fere arte olim carebant populi rudiores, quemadmodum Ameriae gentes et Africæ quasdam nunc etiam, non turmatim ac catervatim, nec per ordines, sed viritim in singulos singuli impetum facere, incurando hostem assilire, corripere, correptum interficere, mortuumque spoliare, i. e. armis exuere solebant; unde ἐλεύ apud Homerum, proprie corripere, occidendi vim habet; qui idem etiam decimo demum belli apud Trojam gesti anno, Nestora sapientissimum, tacticae qualiscunque artis praecepta quaedam Graecis commendasse narrat. — Commatis hujus hemistichium prius igitur posteriori respondet, et quamvis equidem, Dein Gericht, Iudicium tuum, verterim; bellum tamen, quod contra hostes suos Deus, victor ex acie nunquam non abiturus, gerat, hoc loco judicium Dei, quemadmodum alibi saepius, dici existimaverim, et idem nunc: Deinen Krieg, convertisse mallem.

תְּלִיפָה Vices novae, cohortes integræ, fessas identidem excipientes ac sublevantes. Ita post Schultensium et interpretum atque Commentatorum plurimos, transtuli. Radicem Arabum حَلْفَ conferendam

dām existimavi, quae res sese invicem; alteram altera, excipientes insignire solet; unde etiam Chalifa,

خليفة regni turcici imperatorum titulus fuit, quasi dices: Successorem, scilicet, Muhammedi.

v. 19. **אובל** Virgilianum illud: *Placida compo-*
stus pace quiescit. Sepulchri scilicet tuta quies, et ab omnibus periculis atque molestiis secura, dulcediniſ haud parum habere videtur iis, quorum vita plurimis fortunae adversae casibus jactitetur. Ita Iobus beatum se praedicat: *Qui inde ab matris utero in sepulchrum illatus esset.* Nam posteriorem hanc a priori dictione fejungendam censui, et in ipso partu mortuos, statim que ab utero, seu post partum, sepeliendos, beatos praedicari existimavi.

v. 20. **ואבליגה** Schultensius vertit: *Et reni-*
descam, ab Arabico **بَلْحَ** *nituit, fulsit, rizit; nam*
 Ebraeis etiam laetus atque ridens, *fulgens*, nobis *hei-*
ter dicitur. Curis tunc equidem omnibus abjectis,
 oculisque prae laetitia fulgentibus, quod paullulum for-
 te vitae meae supereret mihi, exultabundus agerem.

v. 22. **לא-סורי** Ex Arabico **שָׁבֵךְ** *stabllivit,*
firmavit, nostrum **סֶרֶךְ** *lucem accipiet.* Vertendum
 est igitur: *Vbi stabile nil neque firmum est.* Nam
 vanae circumvolitant ibidem umbrae, imagines, ειδωλα, simulacula luce carentia inania; Virgilius Aen. VI. 390.
Umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae.

CAPVT

CAPVT XI.

v. 3. **שׁוֹרֵךְ** Schultensius contulit radicem Arabicam
أَبْدِنْي in IVta **مُودُّعٌ** modum excessit, in specie in ser-
mone; et jaſtantias tuas, vertere maluit. Ita etiam
Targum: Mendacia tua viros filere faciunt. Vulga-
ta: Ad verba tua mortui filerent; **בָּרֶרֶת** pronuntia-
vit et sicut priores interpretata est. Sed cum Ill. Mi-
chaele equidein ad radicem **בָּרֶרֶת** solus, solitarius fuit,
Arabum **بَدْ** referre malui; Tibi soli semper loquutu-

ro omnes filebunt? Illum autem, qui Schultensio pla-
cuit, verbi hujus significatum, haud ita prorsus re-
spendum puto. nam solitarius esse, et solus aliquid
facere, ille etiam dici posset, qui in amicorum atque
familiarium circulis, oratoris sibi semper ac soli fere-
vices vindicandi consuetudine mala, loquacitatisque
vitio turpissimo teneretur.

v. 6. Deus utinam te reconditam illam, qua per
adversos vitae casus ad meliorem frugem homines re-
ducere cupit, sapientiam docere vellet? O praedives
illa solatii esset doctrina; nam scias velim, quaecun-
que tibi adversa atque graviora acciderint; ea, delicto-
rum tuorum ergo, omnia tibi accidisse. Tu, qui
Dei providentiam, mortalium fata et omnes res huma-
nas moderantem, negare audes, (id enim amici Iobum
incusabant,) omni nunc solatio destitueris. Vbi vero
te deliquisse, et admissae culpae poenam nunc perpeti
agnoveris, spes illa etiam et solatium illud tibi non
deerit,

deerit, fore ut, tu modo resipiscare, Deus in gratiam iterum te recipiat, tibique concilietur, futuramque meliorem et sanctiorem vitam tuam, jucundissima fortunae tuae nunc adversae in melius mutatione remuneretur.

v. 7. **הַכְלִית** **עַד** Numerum aequationis, numerum ne exacte, accurate aequalem Deo invenies? Conserendum est Arabum **هَذِهِ** numeravit atque **هَذِهِ** et **هَذِهِ** numerus. **כָּלָה** consumit, absumit, persecit, inde: accurate limateque aequalem fecit atque **אֶקְווֹלָה** aequatio. Numerum invenies, divinae magnitudinis aequalem?

v. 15. **וְרֵוִיתָ מִצְקָה** Latinorum: Fususque per herbam; suavissima nempe, in securitate summa; at cum decore tamen, recubantis imago. Secura quies de cori juncta.

v. 16. **כְּמַיִּסְתָּן עַבְרוֹן** Commentatorum et interpretum longe plurimi ita explicant, ut eosdem **אֲשֶׁר** subintelligendum censuisse appareat. Evidem autem ita hunc locum interpretari mallem, ut nihil subintelligatur quidem, sed sequens solum **תָזְכֵר** antecedentium **תְשַׁׁקְפָּה** opponatur, adque prius vocabulum **עַמְלָה** referatur: Aerumnæ tunc ac molestiarum sive prorsus obliviscere, aut si forte in animum redierit recordatio eorum, levissima tamen atque celerrima praetervolabit; undartumque rivuli praeterlabentis instar, avolabit atque praeterlabetur.

v. 17. **מִצְחָרִים**, Conferantur praesertim Dresleri, Viri Doctissimi, notae in hunc locum, et Ill.

E

I. D.

I. D. Michaelis Bibliotheca Orientalis et Exegetica, Tom. IV. p. 55. seqq. Post Dreslerum equidem verti: *Prae Meridie, sole meridianō clarius, puriusque.* Bona omnia, quibuscumque humana felicitas censerit soleat, superans longe, et aeternum duratura felicitas, vitaque beatissima.

خَلْدٌ a radice Arabica **خَلْدٌ** *perennis* *fuit*, procul dubio *aeternitatem* designat, et ibi praesertim de vita aeterna poni amat, ubi beatissima pingi debet.

Saepius etiam in Corano **أَحَمَّلُ** in IVta Gehennae, Tartaro atque locis inferis opponitur, Sur. CV. 3. et innumeris aliis locis.

תְּعִפָּה, cum Tono in ultima, *mediae noctis caligo*; cui praeterea versioni, quod Illus. Michaelis l. c. jam docuit, Syri interpretatio favere videtur.

v. 19. **רַבִּים** **בְּנֵךְ** **וּחָלוּ** Dictionis hujus, *pre-
cibus aliquem fatigandi*, notio atque usus satis notus est. Vertendum est igitur: *Supplicantes et orantes plurimi
te adibunt.* *Tumulo tuo insidentes multi hanc tuam
mortem beatissimam, ardenteris ipse votis ac sup-
plicationibus expetent; mortuus etiam beatus tu praed-
dicabere!*

CAPVT

CAPVT XII.

v. 4. שׁוֹק צָדִיק תְּמִימָה, *Risus nunc ac fabula impiorum justus est atque pius et integer Dei filius veri ac unici cultor.* Salsahac ad amicos apostrophe, lobum semetipsum depingere crediderim. Sensus igitur verborum Iobi hic est. Quamdiu me, maiestatis divinae cultorem vere pium atque integerimum, Deus supplicantem audiebat semper et in omnibus angustiis tutabatur, recentique semper felicitate, benignissimus augebat ornabatque; venerati sunt me, seu certe metuerunt impii, vanorum sectatores idolorum. Nunc autem gravissimo atque teterrimo morbo cruciatum et divino, ut opinantur, auxilio omni destitutum, in cachinnos atque risus insolentes effunduntur, idque milii ignominiae dant, quod honor mihi duco, meque culpae stultitiaeque incusant, quod illis sapientior et sanctior equidem, Iehovam solum integer ac tota mente veneratus sum.

v. 5. כְּפִיר בּוֹן, *Superbiae* (scilicet, illorum equidem nunc) conicentui sum. פִּיר, a radice Arabica

פּוֹרֵן, *jactanter et superbe se gessit atque incessit et*

⁵⁴⁶ فَيَان, *superbe incedens vir, superbiam interpretatus sum;*

immo addidit Golius in Lexico, *de divitibus in specie usurpari, qui propter opum copias ingentes stulti effrantur.* — Eosdem scilicet, quos antea dixit, intelligerem; manu factorum Deastrorum suorum cultores, et illos quidem rapinis ac violentia ditatos, propter id ipsum de religione sua, suisque Diis super-

E 2 bientes

bientes, et, qui antea illos s'preverat, Iobum, a Iehovae veri Dei et virtutis integritatisque cultu nullis, neque blandimentis, nec machinationibus, avocandum, nunc autem, quod stulti quidem opinabantur illi, de Dei sui vanitate ejusdemque impotentia satis superque convictum, despicientes.

רַעֲשָׂהוֹת *Superbis atque elatis cogitationibus*
עַשְׁתָּחָת *Chaldaeorum fabricavit, machinatus est, conseruari potest. Saepius alibi etiam de dicitibus potentibus que, propter facultatum copias congestas superbientibus, usurpari solet.* **שָׁנָן** *securus, tranquillus, beatus.*

Firmus denique, qui *vacillantibus gressu* contemni ac despici dicitur, justus ille Horatii et tenax propositi vir est, quem nullae scilicet neque blanditiae nec terrorculamenta, mente solida quatiant. Hi contra, quorum vacillant gressus, levissimi homines sunt, a quovis libidinum vento et quavis aura populari jactati, qui non nisi ea, quae blandientur sensibus et appetitu, sectentur, a nobilioribus autem quibusvis conatibus, propter insitam animo pigritiam, brutamque ignorantiam refugiant.

v. 6. **בְּתוּחוֹת** Ill. Michaelis vertit: *Convalles eorum*, ita ut **כְּ** praefixum et **תוּחוֹת**, *convalles* sint, ab Arabico **طَّحَّا**, nostrum **תוּחה**, *expandit, complanavit*, et **طَّחָא** *campus, planities, terra plana, vallis.*

Praeclarum certe et Viro Summo, qui auderet, et audere posset haud indignum. Nam in convallium cavitatibus, quarum quidem per Arabiam plurimas invenire licet, occultari latrones potissimum, et ex illis in

in viatores, quin etiam ubi pares numero sint, ipsas Caravanas impetum facere solent. — Evidem tamen a consueta vocis hujus significatione recedere non ausus, post Schultensium et reliquos viros doctos, pluralem hoc loco numerum, pro summa fiducia ac securitate positum existimavi, ita ut, repetitione verborum **וְיַשְׁלִיחֵנוּ אֶת־לְבָדֵךְ** et ellipsi paullulum insolentiori non opus sit. — Irritantes Deum ii dicuntur, qui praeceptorum virtutis verecundia abjecta, legunque et recti, justi aequique fraenis omnibus ferociter excussis, quaecunque lubeant prava fascinora admittere nulli dubitent; ad instar illorum scilicet, qui magistratum civilium auctoritatem, legunque sanctitatem spernentes, in pessima quaecunque, judicem quasi iridentes et provoeaturi, ruerent, omniaque sibi quamvis nefaria licita putarent.

v. 6. **כְּנָמָן** *Sacerdotes* non modo sed *ministros* saepius etiam *regios* esse, dubitari non potest, propriè enim *ministros* significat. Ad regiorum enim ministrorum imitationem, divini etiam, qui sacris operantur, ministri sacerdotesque constituti sunt. Huic autem carminis divini loco, regum amici potius, quam sacerdotes convenire videbantur, quia commate scilicet proxime antecedenti reges ipsis nominantur, et nulla prorsus ministrorum factorum, sed consiliariorum solum et magistratum civilium mentio fit.

v. 19. **וְתַנְנֵהּ וְתַנְנֵנָהּ**, Arabice **وَتَنْ**, *perennis* fuit, *perennavit*, et **אִתְנָהּ**, *perennis aquae fontem ac rivum insignire solet*; nam in Arabia non omnes fontes ac rivi perennes sint, sed maximam partem aestatis caloribus exarescent, quo circa factum est, ut pro-

prio quodam vocabulo, *perennes fontes* ab Arabibus appellarentur. Quid vero quaeso ad hunc locum fons et rivalus perennis? *Perennes viros* vertit Schultensius, hosque veritatis doctores a via recti nunquam declinantes esse, argute quidem et artificiose, sed ad veritatem tamen, quantum eisdem viderim, minus apte disputat.

Collato igitur Arabico شَلْفٌ, Ebraeorum סָלַף, quod a Golio, exemplis e Camuso allatis, *frangere, caput alicujus comminuere*, exponitur, unde etiam شَلْفَةً scortum, mulier impudica; יְסִלָּפֶת frangi facit, devincuntur, interpretatus sum, אִתְנִינֵת deinde, viros perennes, i. e. semper invictos bello, nunquam fractos antea, quique superiores ex acie nunquam non abierint, nominari ac designari certus fere et absque omni haesitationis causa existimaverim. Quamobrem שָׁוֹר וְאַתְּנִינֵת וְסָלַף ex mea quidem qualicunque sententia, vertendum est: *Semper invicti vincuntur heroes*. Qui numquam antea devicti, acie superati, armisve fracti erant, eos frangi, comminui, debellarique facit. — Ita denique alterum etiam commatis hujus hemistichium alteri seu priori aptissimum est.

v. 21. נָרְבָּה a radice נָרְבָּה Arabum نَدْبَنْدَ

egregius, nobilis, agilis, promptus fuit, cicatrices in adversa corporis parte gesti, hae enim honorificas erant. Quamobrem hac voce egregios, nobiles, muneriique administrando aptos aque pares judices designari censeo, ejusmodi scilicet magistratus, qui munus sibi demandatum vere ornarent, et jure suo coli venerarie mererentur. מִזְוֵחַ formae a radice

dice מָתָח, apud Arabes מְצַח jocatus fuit, gavisus
fuit, fructus protulit (ut laeta, pro frugifera, arbor,) מְזִח Gaudium, jocus, laetitia; inde מֵיחֶה, Gavisus
seu gaudens. אֲפִיקוּן a radice אֲפָק Arabum
אֲפָק liberalis fuit, liberalitate praecelluit, praeclarus
fuit, unde אֲפָקָה liberalitas et munificentia et benefi-
centia. מֵיחֶה אֲפִיקוּן igitur vertendum est: Libe-
ralitate et beneficentia gavisos, seu, qui benefacere
alii amabant. Non possum etiam, quin versionis
hujus cum antecedente נְרִיבָה convenientiam singu-
larem, paucis tantummodo verbis explicem. נְרִיבָה
enim de beneficentia et muneribus gratuitis, sponte,
ultra et ex animo datis, saepius ponit notum est. Sic
hoc loco נְרִיבָה in primis judices benefici esse vi-
dentur, qui ab omni lucro sordido captando, ab omni
corruptione abhorrentes, pauperum caussas aequa ac
divitium justissimis judiciis dirimebant, quamquam ab
illis nihil sperare possent; nec unquam pauperi litem
abjudicarent, ni justitia ipsa hoc illos forte jussisset;
etiamque dives quidam ac opulentus maximis ac splen-
didissimis donis fidei eorum impellere eosque cor-
rumpere tentaverit. — רְפָה desit, quievit, remisit,
collato Arabum فَأَنْهَى pro فَأَنْهَى quievit, desitit; in.
Conjugatione Piel hoc loco: Quiescere, desinere fecit.
Posterioris igitur commatis hujus hemistichii versio haec
est: Liberalitate ac beneficentia gavisos, quiescere de-
sinere, et a munificentia desistere facit. Opibus eos ita
exui facit, ut desit illis facultas ad benefaciendum.

נִוְתָן autem et Arabum ^{חַזְקָה} vites etiam laetas, palmitesque circumquaque diffluentes, et arbores quibuscum maritatae erant, arcuissime amplexantes significat. Hinc נִוְתָן etiam cingulum est, et נִוְתָן prae gaudio aliquem amplexari. Nam quod Schultensius voluit, litterarum factam esse transpositionem, ita ut נִוְתָן idem sit ac ~~נִוְתָן~~, id mihi quidem persuaderi facile non poterit. Sed hanc litterarum transpositionis opinionem adamaverat ita Vir Summus, ut in illis, iisque plurimis locis etiam, in quibus illa non opus esset, eadem uti, quam accuratiorem quandam litterarum inter se contentionem facere maluerit.

CAPVT XIII.

v. 1. חַזְקָל En omnia, i. e. haec omnia, ad ea enim, quae jamjam dicta erant, referendum esse et relative poni videtur, ita ut Iobus semetipsum omnia haec vidisse ac nosse praedicet. Nam absolute dictum esse, sine summa Iobi insolentia, et vanissima ejusdem magniloquentia, qui se omnia scire profiteretur, non potest. Divini vero Numinis in res mundanas moderamen sumimum ac sapientissimum sibi notissimum, et ex innumeris suis et aliorum exemplis persuasum esse optimo jure contendit.

v. 2. כְּרוּתָכֶם Quemadmodum vos haec omnia nosstis (eigewein) sic et ego! נֹפֵל אֲנָכִי מִכֶּם; non vilior nec inferior sum vobis. Ita quidem absolute converti. Mallem nunc tamen ita interpretari, ut verba haec ad rerum earum, quas notas esse sibi antea asseruerat, scientiam referantur. Horum omnium,

omnium, et hujus, de quo loquimini, regiminis in mundo divini scientia vobis non cedo!

v. 3. Ex antea dictis consequtionem facit: Quia Deum mundi totius non modo, sed vitae meae ipsius etiam, quascunque commutationes regere ac gubernare persuasum habeo; Deum ipsum etiam alloqui cuperem.

v. 4. **רְפָאֵי אַלְיֹּל** Subsannationis hanc et satyrae, non ridentis atque jocantis illae, qua frigidioris Zonae Archilochi utuntur, sed severae et asperriuae, quam Orientis amant Poetae, plenam imaginem, ut, quam maxime possem, propriis coloribus et verbis describerem, operam navavi. *Sanantes ad naenias, seu medici naeniarum*, quicunque lugubres in funeris elatione mulierum planctus, fletusque, tibicinumque et aululariarum cantus solemnes suisse meminerit, ita certe intellexerit: ut artem medicam profitentes ii irrideantur medicastri, quorum omnis ars in illo sita esse videatur, ut quoscunque aegrotantes, curationi eorum demandatos, ad Orcum demittant, et quasi naenii solum, i. e. eum in finem, ut in eodem naenia decantetur, curasse eos censendi sint. **בְּתִין** non urgendum, optative potius vertendum est: *Vt-nam sleretis!*

v. II. **חָכֶם וּכְחַקְתָּם** Arguendo arguet vos partium scilicet favoris et respectus personarum criminis vos arguet. Caussidicis ille fraudulentis non egit, nec justitiam ejus vindicari opus est.

v. 12. **מְשֻׁלֵּי אַפְּרִים וּכְרַנְכָּסִים** Proprie: Monumenta vestra cineris sunt imagines; i. e. ipsa haec monumenta vestra, vitae vos brevissimae vestrae mémoires

esse jubent! Scilicet iisdem non opus esset vobis, ni paucos post annos corpus vestrum emoriturum, et in pulverem, ex quo formatum est, redditum esse sciretis. Quin etiam, haec ipsa, quibus nominis famaeque veltrae aeternitati consultum itis, conamina, nonne haec eadem ipsa ita maxime fluxa sunt atque caduca, ut ni corporibus vestris celerrima mox putredine dissolvendis, aedificia vestra sepulchralia extruerentur, ipsa haec prius corruerent et lapsatura essent, quam corpus putrefactum fuerit.

v. 16. פְּרוֹפָאָנוּס Profanus: proprie נַחֲרָה, Arabum حَنْفٌ contortus fuit, sive pedibus, seu corporis alio quodam membro, contractus atque distortus fuit. Hinc 'profanus' Latinis, Graecis βεβηλος; varis enim et distortis, seu alio corporis vitio quodam laborantibus, tempa Deum intre non licebat. Nam quemadmodum lectissimos et nobilissimi generis juvenes ad aulae regiae regisque ipsius ministeria quotidie obeunda feligere, nec nisi pulcherrimos ac nobilissimos ad splendidum famulitii regii munus admittere solebant; ita Deum etiam, cuicunque mendum corporis quoddam, seu aliis ejuscunque morbi quiddam inesset, illum adire non patiebantur. Omni scilicet labe, corporis non modo, sive externa, sed animi etiam et interna purum illum esse jubebant, qui coram Numine Summo comparere vellet; quo circa corporis integritate, lustrationibus, lotionibus, continentia vinique abstinentia opus erat iis, qui sacris interesse operationibus, seu iisdem etiam ipsi operari vellent. Denique vero haec omnia cum in finem ita instituta atque sancta fuisse censeo, ut symbolicis ejusmodi actionibus, de debita mentis et animi, qua sola Deo placere possent,

possent, integritate, castitate, vitaeque et actionum omnium justitia et sanctitate colenda, admonerentur homines illorum temporum ferociores rudivoresque, atque istiusmodi ritibus cultique externo, vero sensim, interno, Dei veri cultu, justitiae, aequitati, temperantiae, reliquisque virtutibus assueficerent.

v. 23. יְשָׁאֵת propriæ prævaricatio ac rebellio; collata radice Arabica شَجَرَةُ, caput confregit alicui, hinc rebellavit.

v. 26. עֲוֹנוֹת נֶעֱרִי Delicta juventutis meæ; quæ juvenis peccavi. Ita post reliquos omnes Viros doctissimos, equidem etiam converti; sed versionem hanc loci, hujus mihi non satisfacere ingenue fateor; nec quid ista Iobi querela sibi velit satis intelligo. Juventutis peccata, ignorantiae atque præcipitaniae delicta esse possent quidem, quæ hanc ita gravibus puniri suppliciis lobus sperasset. Haec autem cur juventutis peccata potissimum dicantur, quin nulla tamen neque virilis, nec senilis, hominis optimi, aetas, ab illis omnibus libera censeri potuerit, rursus non vi-

deo. — Quonobrem radicem Arabicam جَذْعَانَ extulit

se, tumultum excitavit et confluxit, e. g. populus, adversatus fuit, restitit, noluit, conferendum existimaverim, ita ut dictio haec vertenda sit: Rebellionis meæ culpam et delicta. Haec autem, fatebor enim,

mihi præ aliis placet versio; ذُبِيرُ enim Golio, cla-

mofus in tumultu et سُلَيْمَانُ superbia, fastus, rebellio est,
atque

atque librum Job in ipsa Arabiae parte quadam litteris consignatum, optimo jure ex Arabiae idiomate illustrari crediderim. Orientis denique poetae Deum semper fere, hominum judicem ac dominum, et peccata quaevis rebellionis vocabulis, appellare amant, quo facilius hoc etiam loco idem illud factum esse existimaverim. Hujus igitur versionis hic esset sensus: *A Tu meam, qui vilis ita atque contemnendus et omnino nunci reputandus sim, rebellionem puniendum putares, quae nocere tibi omnino non possit?*

CAPVT XIV.

v. I. אָרְכֵת יְלֹוד אֲשֶׁר Emphases sperno quidem, sed tamen יְלֹוד אֲשֶׁר non sine causa cum voce אַרְכֵת conjungi puto, illum in finem scilicet, ut humilem hominis originem, mortalem matre natum mortali designet; quemadmodum alibi saepius, *nate Dea*, heroum apud mythicos poetas, solenne epitheton esse videmus. רְנִזְעָן *contremiscere*, securae quieti, qua saepissime fortuna secunda designari solet, opponitur. Syrorum etiam נְזָבֵן et Arabum

רְגַגְעַן commovendi et concutjandi significatum prima-

rium adhuc, sub secundariis iis, qui postea insueverunt, latentem ostendunt. Apud Syros enim vehementiorem animi motum *quenvis*, apud Arabes autem carminis motum *subsilentem*, tonitru *fragorem*, *pedibus trementem*, rel. nunc potissimum significat. שְׁבָע hoc loco in eadem vi ac significatione, ac in fine carminis totius et saepius alibi שְׁבָע, positum censeo; ita ut latus quidam in verbis insit, haud quidem pulcherrimus nec mihi admodum placens, sed

Ebraeis

Ebraicis tamen, Arabibus, Syris, reliquisque Solem orientem accolentibus populis dilectus ac in primis consuetus. Non annis quidem homines, sed molestiis tamen atque metu ita satiantur, ut vitae ipsius, quamvis brevissimae, nausea atque fastidium illis moveatur.

v. 3. פְּקֻדָּה non de mercenarii domino, assidue eundem servant, sed de judice potius, in administrationem alicujus culpam inquirenti, propter sequens commentatis hemisticchium, intelligendum puto.

v. 10. יְוִיחָלֵשׁ a radice חַלֵּשׁ, Arabum حَلَسْ sternere, regere, cum Graecorum συστέλλειν, et Latinorum componere, vocabulis, de ornamentis mortuorum mox effrenorum, solennibus, comparandum est: Placida compostus pace quiescit.

v. 12. Pulcherrime rivulis sensim exarescentibus, quorum in Arabia haud ita pauci sunt, hominis mors consertur. Exarescunt illi funditus, sicut homo etiam evanescit, mortuusque nulli amplius videtur. Quemadmodum autem illi etiam tempore suo redeunt, sic homo etiam in vitam iterum revocabitur, illa die scilicet, quae magnam illam coeli ipsius atque terrae commutationem atque conversionem afferet. Sic arbori etiam propter arenosum, cui insita erat, solum exarescenti homo paullo antea comparabatur; quae tamen, aquae dulcis rivulo irrigata, denuo germiner, non visque laetissimis ramulis pullulet, moxque rursus ingentia brachia ad coelum extollat. Nam id sibi velle querelam Iobi, ut de hominis morte, quam nulla vita futura, meliorque sequentura sit conqueretur, hoc mihi quidem persuaderi non patiar, quum ex innumeris aliis carminis hujus locis, spes illa atque fiducia

fiducia ejus, quam in vita post mortem aeterna collo-
caret, clarissima ac fulgentissima luce exsplendescat.
Hanc ipsam potius laetioris, ac beatioris post mortem
conditionis, spem dulcissimam, hisce imaginibus ad-
umbrari credo. Dulce omnino atque egregium est,
quod de morte usurpatur, vocabulum שְׁכָבָה ^{cubitum}
וּלְאַיִלָּה ^{leatum intrat vir,} cui opponitur, וְלֹא יָקַר ^{donec coeli}
et non resurget שֶׁר בְּלֹא שְׁמִיכָה ^{(iidem}
scilicet, qui nunc aspiciuntur) non amplius sint; do-
nec magna iſa coeli conversio fiat. Mortis hanc cum
somno dulcissimam et jucundissimam comparationem,
vernaculo etiam idiomate, quantum fieri potuit, ini-
tari studui.

v. 13. קְרֵנָה sers, Arabice حُقْقٌ Ius, quod jure ali-
oui debetur: Donec mihi eam, quam constitui, for-
tem certain atque aeternum manutraim dares.

v. 14. Quamdiu hic in terris vitam dego, fore ut
in aeternum vivam spero tantum; haec autem spes mea
post mortem, ad certissimam fiduciam exsurget, nec
ulla tunc mihi dubia supererunt.

v. 15. בְּסָפָה radicis תְּכַסְּפָה, Arabice كَسْفٌ pro-
prius est, retegendi, denudandi ac revelandi significa-
tus, quem hoc loco sequutus, nunc ita convertendum
existimavi: Voca me, et respondeam ego, i. e. mori me
si jubeas ac per mortis tenebrosam viam ad te transire,
laetus ac lubens equidem iussa tua sequar; nam ma-
nuum tuarum operi revelabere; tunc equidem, quem tu
ipſe creasti atque efformasti faciem tuam, temetipsum
propius videbo.

v. 16.

v. 16. Tu gressus meos omnes numeras, quaecunque ad me pertinent, ea omnia vel minutissima tibi nota sunt; quamobrem peccatorum poenam a me non rescos: peccataque mihi benignus condonabis. Iam convolutum est quasi culpae meae volumen, et tu recens aliquid peccatis meis adjungeres? Versionem meam pag. 68. ita emendavi: lin. 17-23.

—————! Rufe Du mich zu Dir:

Ich komme gern! — Dort wirst Du näher einst,
Mir, Deiner Hände Werk, Dich offenbaren!
Du kennst, du jählest jeden meiner Schritte;
Doch wirst Du nicht auf meine Sünden merken!
Versiegelt aufgerollt ist mein Verbrechen!
Du klebst nichts mehr zu meiner Schuld hinzu!

v. 19. Lapidum aqua exesarum imaginem invenies eandem fere, apud Horatium L. III. Od. XXIX. qui torrentem lapides adesos secum volventem describit. — Earumne instar hominis spes evanescet?

v. 20. Irasceris illi, plurimis eum plagis afficis, gravissimum illi molestiarum onus, cui denique succumbere debeat, imponis. Mutas aspectum ejus et abigis! Tot tantisque miseriis dejecti facies pallida est, ac macilenta, ac morte tandem abripitur. — Sic ultimos etiam capitis hujus 22. 23. versus, cum interrogatione verti. nam ita antecedentibus respondere melius videbantur.

CAPUT

CAPVT XV.

רַעַת רֹהֶת In malam partem enunciationem hanc interpretandam esse, viderunt atque consenserunt omnes sere Interpretes, quamquam in eadem explicanda, in diversa abeant. Lutheri equidem versioni sequi malui, qui aufgeblasene Worte convertit. Vocis רַעַת רֹהֶת varios, eosque multiplices, significatus examinare, hujus neque orationis, neque loci est; sed eandem saepius tamen, ut de quovis animi motu fortiori, ac vehementiori, sic inprimit de superbia usurpari, certum est. Et nostro quidem hanc ipsam vocis hujusym aptissimam censui, quia lobis non facite solum amicos superbiae incusaverat; sed fastum et arrogantiā ipsorum falsissime perstrinxerat.

וַיָּמָלֵא קְרוּבָּתָן בְּטָנָה Lutherus: Und seinen Bauch so blähen mit losen Worten: Post hanc equidem converti: Et quamdiu animus ejus ferocientis audaciae plenus erit? **קְרוּבָּתָן**, audaciam ferocem, converti, ex Arabum, قَدْمٌ audax fuit atque prae aliis animosus, et قَدْمٌ atque قَدْمٌ strenuus, ita ut antecedenti قְדוּם aptum atque consentiens fere sit. בְּטָנָה cum vernaculo, sein Herz, communavi, nam proprie abundans positum est, et quia libidinibus omnibus ventrem, sicut animi perturbationibus praecordia, sedem assignare solebant; ferocia etiam בְּטָנָה implet ventrem ejus, pro implet eum; ferocia plenus est. Cernitur enim, quemadmodum animi affectiones omnes.

TYTAC

omnes, ita superbia etiam exterris signis, gressu, vultu, corporis habitu, et reliqua; tumens prostat ventre superbo gradienti incessu, cordis multiplicantur in tumultu animi interno pulsus, tument sanguine venae, majoribusque tendit fluctibus cor, suspiriis vero pulmones. Quamobrem varii etiam sunt colores, quibus superbia et arrogantia depingi solet. Conferas Horatii Serm. II. v. 98: *Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.*

v. 3. רָאִיסְכּוֹן *Num tu sapientem caussam suam, vanis, futilibus, et iis verbis acturum putares, quibus nihil prosectorus esset?* Respondent haec verba iis,

quae sequuntur: סְכַנֵּן לֹא יוּשְׁלַח, Arabum شَكْنَنْ, סְכַנָּה, Aramee شَكْنَنْ,

primam quidem utilitatis vim ac significationem habuisse, mihi fere perlausum est: quippe cum in omnibus linguis, primam vocabulorum, boni quid innuentium, utilitatis notionem esse viderim. Ill. Michaelis vertit: *Tam insolita: nam סְכַנָּה in Bibliis sacris, plurimis locis ita ponitur, ut notio radicis hebrei: familiarem esse, solitum esse, in nullam prorsus dubitationis aleam cadere possit.*

v. 8. וְתַגְרַעַ *Combibisti:* Bibendi vero in lingua vernacula verbum sapientiae minus aptum reputans, ausestudiandi potius et anidis aliquid auribus arripiendi vim et significationem eidem substituendam putavi.

v. 10. מְאֹבֵךְ *Ipsa patre tuo, se superstes ad-
buc esset, natu major es.* Nam Iobi patrem vivis non amplius interfuisse crediderint; cuius etiam per totum carminis decursum nulla mentio fit, ne in ipso quidem carminis totius fine, ubi fratres ac
F. forores,

sorores, propinquii et affines ad convivium accurren-
tes recensentur.

v. 11. **רֶבֶר לְעֵת**, Familiarissimum lenissimis vo-
cibus inter se colloquentium verba cum Schultensio in-
nai puto. Dulcissimo Graecorum vocabulo οὐεγένεια
et οὐερίσματος, quod amantium inprinmis lenissimas, in-
vicem susurrations, et amicorum dulcissimas et fami-
liarissimas confabulationes et allocutiones insignire
solet, nostra verba, praesertim עַת, respondent.

v. 12. *Quid irascuntur oculi tui? Cur ita torvo*
nos vultu intueris? רָאשׁ Arabum in Conjugatione Xma, *iratus fuit, excanduit ira.* Reliquas
etiam, quas in Lexico suo Golius recensuit radicis
hujus significaciones examinanti, primaria quidem et
reliquarum omnium fons ac origo, *irascendi* signifi-
catione visa est.

v. 15. Conferantur notae ad Cap. IV. 18.

v. 16. **נַאֲלָח Putrefactum;** nam אֲרֹח, Arabum
خَلْخَلَةٌ et خَلْخَلَةٌ confusum est, turbatum est, mo-
tum fuit, coacuit, in acorem versum fuit (unde Illust.
Michaelis vertit: ein Durchsauerter,) a Golio trans-
fertur. Sed quoniam putrescentia fervere etiam so-
leant, confusum, turbatum, commotumque esse, pu-
tredina ac putrefactio optime convenient.

v. 18. **וְלֹא כִּחְדוּ מְאַבָּה** In enunciatione hac
interpretanda, variant Interpretes, ita ut quivis fere
alterum aspernatus, proprio quaedam Marte, ut di-
cunt,

eunt, excogitata attulerit. Schmidius: *et non celarunt ex patribus eorum, illi scilicet ex patribus eorum,* qui sapientes fuerint. Durissima certe, cum verborum inversione, minime sueta, conjuncta ellipsis. Schultensius: *Et non celarunt a patribus, scilicet, acceptum.* Sed ex ingenio ultimum hoc *acceptum*, cuius nullam textus ipse mentionem fecit, Vir Summus liberrime adiecit arque subintelligi insit. Ill. Michaelis: *Und selbst ihren Vätern nicht zu verheelen pflegen.* Sanctissimas te veritates docebo, ita sanctas quidem, ut ne patres suos quidem celarent easdem lapientes. Nec igitur aegre feras et irreverenter tecum nos agere putas, qui Tibi ipsas easdem proponamus! Optimum certe et ex mea quidem qualicunque sententia, reliquis omnibus anteponendum; textusque Maforethicus an meliorem patiatur interpretationem, vehementer dubito. Minus tamen ista etiam, mihi quidem satisfecit. loci hujus explicatio, atque patres docere filios, hosque a parentibus aetate ac experientia sapientioribus discere, quam parentes a filiis sapientibus institui mallem. Quocirca tandem moris veterum inscribendo verba ac voces nullis, ut nunc facere soleamus, interstitiis distinguendi, in mentem venit; et hanc eandem mihi libertatem vindicans enunciationem nostram quidem, □ אבָה כְּחֹזֶק, intersingulare atque: *Quae non celarint illos patres ipsorum, vertere mallem. Quae sapientes ipsi a patribus atque majoribus sapientibus didicerint, ea tibi præponam!*

v. 20. מִתְהוֹלֵל conf. notas ad Cap. VI v. 10.

v. 27. Pinguedine obesa galeæ instar faciem regebat, i. e. opium affluentia tutum se ac securum opinabatur; et contra quosvis vitae quanuis tristissimos ca-

sus, his semetipsum munitis, satis tectum ac mu-
nitum stolidus putabat.

CAPVT XVI.

v. 9. טְרֵפָה וּשְׁטִמָנוֹ Dilaniat et adversatur mibi
שְׂטַמָה ira ejus; propter antecedens טְרֵפָה, radici
 hoc loco, irae gravissimae et acerbissimae vim tri-
 buendam, et verba haec conjuncta secundum figuram
 Hendiadyoin ita convertenda existimavi: Recenti me
 furore ira ejus dilaniat! — כְחַשְׁבָן, procul dubio ne-
 farium illum adulatorem signat, qui amicitiam antea,
 quandiu secunda faverat Iobo fortuna, callidus simula-
 verat, nunc autem, tristissima rerum ejus commuta-
 tionē facta, aperte in eundem stomachari et blatera-
 tiones conjicere non dubitarit. — בְּכָרְבָן contra nominata
 tur ille, quem inimicum sibi antea non ignoraverat
 Iobus, sed numquam tamen, quia metuebatur, sense-
 rat; qui ferox contra nunc accursaverit, et flammæ
 quasi oculorum spicula in illum torqueat. Eadem de
 causa etiam v. 10. pluralis numerus ponitur, qui ad
 adulatorem et amicum, simulatum antea, nunc male-
 dicum, atque inimicum, timidum antea, et deli-
 tescentem, nunc ferocientem, simul referendus esse
 videtur.

v. 11. יְרַטְנִי Conjicit me; טְרֵפָה, Arabum לְפָנֶיךָ,
 conjectit.

v. 12. פְּרַפָּר, Arabum فَرْفَر, fregit. לְפָנֶיךָ

¶ 6. sibi me scopum constituit, meque metam fecit, spiculis ac telis in me dirigendis. Tot me crudelissimis vulneribus laceravit, ut metae instar illi positus fuisse videri possem. Plurimis equidem et innumeris molestiis ac doloribus conficior.

v. 13. En tibi summorum atque gravissimorum casuum graphicam et commiseratione dignissimam descriptionem. Omnimodis exagitari se infortuniis conqueritur, et miserando homini, quem vindictae cupidus crudelis inimicus, innuneris vulneribus ac telis transfixerit, ut, in devicto ac jacente miserrime excruciantio, vindictae sitim inhumanam restinguere, semetipsum confert. Quin nobiliores quaecunque, maximeque vitales, et ubi ictus potissimum letales futuri sint, nominantur corporis partes; transfiguntur renes, fel in terram effunditur, vulneri vulnus superadditur, ictus iterum repetito altius adigitur. Ita enim פְּנֵי רַע interpretandum censeo, ut sit: **υλνυς vulneri additum**, ut, iteratis telorum ictibus, cruciatus, innmani crudelitate, angantur, ferro altius adacto, latus confossum hauriatur.

v. 14. Saccum consuo super laceram cutem; exhaustus sum, in pulvere cornu meum. Ita post Schultenium converti. Pro humili illa, ad quam detrusus sum, conditione, vestis mea foccus est. וְעַל רֹתֶה exhaustus sum, vires me deficiunt. Cornu meum in pulvere scil. jacet. Pro fortitudine et virtute bellica cornu ponitur.

v. 18. מִקְוָה Ne sit, ne obstet locus clamori meo. Patheticam hauc etiam in versione mea imitari studui exclamationem. Ne obstes, locus, quo minus in coelum, ad Deum pertingat querela mea!

v. 20. **לְגָבֵר** Commodi casus, quem Dativum Grammatici dicunt; *Hominis causam aget apud Deum.*

וּבָנָדָאָרֶב לְרֹעַהוּ *Et filium hominis, i. e. hominem defendet contra adversarium suum.* Ita omnes fere Interpretes et Ill. etiam Michaelis. Sensus igitur esset; Contra hominum accusationes homines defendet, ita ut in judicio divino homines alterum alter accusatur inducerentur. Nos quidem et nostros homines ita loqui solere non nescio; sed Hebraeorum et Orientis in genere poetarum genio an aequa aptum sit, vehementer dubito. Nam ubivis publicam personam quandam, in criminis quaevis inquirentem, reos denunciante et accusatoris vices gerentem, ut in Corano angelum illum, criminum exactorem, reperio. Accedit etiam, quod praeterendum tamen non putavi, quod **לְרֹעַהוּ**, si verborum dispositionem ac ordinem spectes, eodem, quo **לְגָבֵר** sensu explicandum esse videtur; ita ut nominans potius quam accusans casus, et ad eundem, ad quem **יְכַח** pertineat, referendum sit. Novam igitur, sed timidiuscule, quam viris doctis probari etiam atque etiam vellem, loci hujus interpretationem dedi. Eundem scilicet, qui antea dictus erat; *Tessis meus, Deus, בָּנָדָאָרֶב, רֹעִי, מְלִיאֵצֶת, שָׁרֵי, אֲלֹהָה, Iesumque,* totius generis humani sospitatorem O. M. Illum, propter quem, peccatorum nos veniam apud Deum sperare, et patrem nostrum compellare audiimus, Iesum Christum Θεον Ιησουν, hoc loco designari credo. De hac nova igitur, quam tentavi loci hujus interpretatione, ut ab omni partium studio alieni, Viri doctissimi judices sedeant etiam atque etiam rogo. Non temere equidem ita verti; sed omnibus, quantum potui, in ultraque partem disputatis ac ventilatis,

tis, justaque et accurata rationis trutina persensis interpretatio haec mihi probabilis visa est et nihil obstat credidi, quo minus dulcissimam illam, quae vitae nostrae solamen optimum, suavissimumque gaudiorum fons nobis est et erit in aeternum, spem inquam, in Christo Iesu, divino illo generis nostri redemptore collocandam, Iobum etiam sovisse, et ista quidem, in omnibus, quibuscumque premeretur miseriae oneribus, semetipsum sublevasse credam.

CAPVT XVII.

v. 1. קְבָרֵת Sepulchra mihi! Laeta omnino, primo intuitu p[re]gaudio, quae videt, vera non credentis, exclamatio! Nam solatii loco spes illa semper fuerat lobo, fore ut mors ejus prope absit, atque post haud ita longum tempus ad Deum Patrem suum, ad defensorem, amicum, Deum, Sospatorem suum, veniat. Eadem etiam ratione secundum commatis hemisticium cuius primo conjunxi, נַעֲכָה; Male Schultensius קְבָרֵת cum verbo nostro contulit, cum tamen

Arabum بَرْعَكْ brevis fuit et بَرْعَكْ brevis,
זַקְרֵא,

ultra quasi apud Arabes quaerenti sese offerant, melioremque interpretandi viam monstrent.

v. 6. וְהִפְתַּת לְפָנֶיךָ אֲחִיךָ Et sordidus ac detestandus coram illis factus sum. Contuli scilicet Arabum repudiavit, detestatus fuit; قَنْقَنْ sordes, atque قَنْقَنْ mulier despiciata, vilis.

v. 8. Purus τῷ ἀνέψη profano opponitur.
τάχις mundando selecta fuit, bona et exquisita fuit
τάχις res, et in Hida, mundavit, et Substantivum **τάχις**
mundus, exquisitus.

v. 16. Num ad solitudines Orci descendenter mecum
 spes meae? Num una mecum in sepulchro, easdem
 componet componens? Num una mecum in pulvere,
 in sepulchro componentur? Num vitae diutius mihi
 mansurae spes ego soveam, cum iamjam tamen in se-
 pulchrum mihi sit descendendum?

CAPVT XVIII.

v. 8. **כִּי־שְׁלֹחַ** Truditur enim in rete, quod ante
 pedes positum est. Miser ille, cui nullum a periculo
 datur effugium, hoc loco describitur. Laqueo sub-
 ter terram, seu quovis alio modo, occulte posito,
 improvisae ac ineluctabiles calamitates conseruntur;
 quem laqueum ne videat, et incantius potius ab eo-
 dem impediatur et capiatur, a tergo accurrit malignus
 quasi inimicus quidam, qui tanto in illum impetu pro-
 trudat miserum, ut vitare illum non possit. Summa
 cum cautione etiam si omnia circumspiciat improbus,
 absque omnibus sibi caveat, quae forte damnum af-
 ferre et exitiosa esse possint, ita tamen, veluti coecus
 in soveam incidet, poenasque criminum serius ocyus
 dabit, ac si post illius tergum inimicus ex insidiis illum
 protrudens irruerit.

v. 9.

v. 9. צְמַר proprie Surdi. Mutum laqueum
vertit Ill. Michaelis, quod sequi tamen equidem non
ausus sum. Coeco capitur laqueo, i. e. in improvisa
incident mala. صَمْ Arabum est: *surdus* fuit, inde
etiam صَيْم et صَبِيَّ infortunium non praevisum.

Qui ipse omnibus antea insidiatus erat, nefarius ille
deum omnes etiam iniuricos, et in exitium ejus con-
sentientes, ac conspirantes sentier, poenamque et sup-
plicia, quae flagitiis suis meruerat, non effugiet.

v. 11. רְפִצּוֹ Illidere faciunt illum pedibus,
i. e. vacillat! cadit! Supplantatur quali, ita ut la-
bascere incipiat, et pronus denique fernatur. Cre-
diderim equidem, radicem צָבֵן, non minus, quam
נְפַץ concutiendi et quassandi vim antiquitus habuisse.
Quod si forte enīquām dubium futurum sit, com-
mutanda erunt solummodo Puncta textus Masore-
thici vocalia רְבִצּוֹ, ut sit Conjugatio Hiphil,
a radice נְפַץ: Pedibus illidere faciunt, supplantant
eum. Ita enim Arabum نَفَصْ a Golio exponitur:
Quassit, excusit, horrore afficit, concusit, et نَفَصَة
Concussio, horror, atque نَفَصَتْ Motus, agitatio.

v. 13. Carnem suam vorat ipse. Ill. Michaelis
proprie interpretari jubet de miserrimo scilicet fame-
lico, in rabiem verso, et tandem eo usque insaniae
acto, ut suam ipsius carnem mordicus devoret. Sed
proper sequentis Commatis hemistichium, hunc em-
ciationis hujus sensum esse existimaverim: Curis, motu,

aegritudineque continua semetipsum consumet. Nam omnius fieri non poterit, ut illi, qui omnium inimici, omnes sibi timeat inimicos, securam atque laetam, felicem et beatam vitam vivat. Haud negaverim quidem fieri nonnunquam, ut sua ipsorum membra dentibus conficiant famelici rabiōsi: sed ille si enunciationis hujus sensus esset, prius membrum, quod contra gradationem esset poeticam, gravius aliquid ac horroris plenus, quam secundum significaturum esset.

v. 14. וְתַחַת דֵּת entorii vallis potius, quam arborum, circa illud positarum radicibus evulsis exposuerim. Quin immo viridi forte vallo uti si voluissent, (quod nonnunquam factum esse constat, nam tentoria non linteae, quemadmodum apud nos, sed arbutea etiam et arborum ramis intexta erant;) fieri potuisset etiam, ut ipsi iudei valli, radices terrae altius adegerint, quemadmodum in Homero saepius, et valli ipsi deinde una cum radicibus evellendi fuerint.

v. 14. לְמָלֶךְ בָּلָהֹת, *ad regem tremendum; i.e. Orci, regni inferi regem.* Latinis etiam Pluto rex tremendus est; Orcique judicia, judicia tremenda. Ita est apud Virgilium Georgic. IV. 466. sqq. Tenebris etiam fauces, alta ostia Ditis, Et caligantem nigra formidine lucum, Ingressus, Manesque adit, regemque tremendum, Nesciaque humanis precibus mansuescere corda,

v. 17. מִן־אָרֶץ Hacc verba interpretatus sum: Von der Erde; sed versio mea nunc mihi displaceat, et vertendum censco: Aus dem Lande; ex illa terrae, quam incolebat, regione, evanuit memoria ejus. Nam quae proxime sequuntur, hanc interpretationem mihi commendarunt.

ח'ז

לְפָנֵי חַרְבָּה Non deserta loca, sed pascendis
gregibus patentes campi; hic in Paraphrasi mea expli-
cavi: Ne mercenarius quidem gregis alieni custos ex
eius gente supereft.

v. 19. **בְּמִגְרוֹרִוּ** In diversoriis ejus, a radice גּוֹר
peregrinari, in diversorio, seu hospitio atquebi esse.
Quemadmodum vitam nostram ipsam peregrinationi,
sic domus nostras diverticulis poetae et fabularum nar-
ratores conferre amant. Nam post alterum vita de-
functum, brevem sive domus, sive sumtuosae aulae,
ac splendidi palatii, herum, alter excipit.

v. 20. Propter solennem illum, faciem, ubi preces
ad Deum funderent, solem orientem versus conver-
tendi morem; **אַחֲרָנוּ**, posteriores, Occidentem,
קֶרְמָנִי, anteriores, Orientem accolentes populos
designare solet. **יוֹמָי** Dies suus, i. e. dies iudicii sui;
dies ille, quae flagitorum poenas justas ab illo ex-
actura sit.

v. 21. **לְאַדְיוֹת־אֱלֹהִים**, subintelligatur **אַתְּ־אָשֵׁר**:
Quem non novit Deus. Quaecunque scilicet Deus, or-
dinaria, quam dicunt, mundi procuratione ac provi-
denta, mortales sacere sive passus sit, seu voluerit;
ea omnia nosse Deus, ipsumque fecisse dicunt poetae
Orientis. Sic Cap. III. optavit Iobus: fieri potuisse,
ut in diem nativitatis sua Deus non inquisiverit, i. e.
existere eundem ac prodire non jussert. Locus igit-
tur, quem non novit Deus, dominus ac mansio illius
est, qui moderamen in mundo divinum spernat, cu-
jusque idcirco consilia Deus non prosperet nec fecun-
det, nec bene atque ex optatis evenire jubeat. Ita
percunt et ipse et illius mansiones, qui semetipsum et
omnia sua Deo tradere ac commendare neglexerit, nec
quac

quaecunque laeta ac felicia contingent votis suis, ea
omnia Deo grata mente accepta retulerit.

CAPVT XIX.

v. 5. מִנְתָּהַרְפֵּתִי, Mene opprobrii mei arguere vultis?
Quam turpis lumen reor omnium, ejusne culpae reum
agere me constituis? Nam amicorum vanissimas ae-
que ac turpis lmas, quasi promeritam nunc peccato-
rum poenam daret, criminaciones Iobus his verbis
perstrinxisse videtur.

v. 6. רֶטֶן וְצָרוֹן, Rete suum, veri solet, sic et ego,
post reliquos, quos vidi, omnes transtuli. Vertere
tamen nunc mallem: Venabulum suum ex alto in me
jacula tatus est. צָרוֹן, a radice צָרָה, venari, arma ve-
natoria, seu quibuscumque ad venationem opus est,
signat; et inter ea etiam venabulum insignire potest.
Ita si vertas, omnia melius convenire et aptius cohae-
rere videbis. Nam antecedens: incurvasti me, de
vulnere, quod inflixerit Deus, explicarem, et idem
nunc, per alterum versus hemistichium, splendidius
adhuc et ornatus illustrari putarem. Venabulum suum
ex alto Deus in me jacula tatus est, i. e. quaecunque pa-
tior, ea omnia, non nisi Deo permittente, accidisse
mibi, facile confitcor. Versionem meam ipsam eos,
qui illi viderint, ita corrigeret et emendare rogo:
Er schwenkte seinen Pfeil auf mich herab.

v. 15. גַּרְזֵבְּרַיִתִי Quia cum ancillis conjungitur,
non hospites quidem, quos iter facientes hospitio ex-
cepit, sed peregrinos et adventitios, quos in fami-
liam, pro mercede diurna operis faciundi causa, non
servos

servos quidem, sed mercenarios tamen, receperit in-
tellexerim.

v. 16. קָרְתָּהִי τω Ἀθωνον respondet: Voco il-
lum, sed non respondet, exorandus mihi est, si pro
me operis quidquam, ab illo fieri velim.

v. 17. חַנּוֹתֶה Patris erga liberos supplicationes nol-
lein, blanditias potius, blanda dulciaque verba, et
quaecunque alia sunt delinimenta, ea potissimum hoc
loco designari existimaverim.

v. 18. שׁוֹלֵי־־־ Latinorum verna, servo serva-
que nati, qui hero, sive familia domino, servi signun-
tur et nascuntur, quique cum herilibus filiis enutriti ac
educati, ante alios omnes fidissimi credebanur, et in
majore apud dominum ipsum honore ac praecipua
quadam gratia erant.

v. 21. כִּי יְהִי אֱלֹהֵנוּ בָּזֶן, Nam Dei me percus-
sit manus, i. e. summis exercion doloribus. Nam
summa quaevis mala Deo jubente infligi dicebant.
Sic in Ajace flagellifero, Ajaceim exclamare facit So-
phocles: Αἴσος αληκυμα Θεος ολεθρευ αινίγει;. Me-
louis filia, Minerva, potens Dea, ad mortem usque
flagellat. αινίγει enim pro ματιζεῑ poni, Scho-
liaistes et hoc et multis aliis locis docet.

v. 23. טַפֵּר librum quidem, sed hoc loco, praec-
ter scriptum quoddam regulare, et ita confectum, ut
scripta debitum in eo ordinem teneant, nihil prorsus
designat.

v. 24. לְעֵד Aeternitati, עֲדֵן enim Arabum
aeternitas est.

v. 25. Fiduciam meam in Illo pono, qui post mortem me, omnibus miseriis exemptum, e sepulchri atropulvere, mortisque nocte et tenebris suscitaturus est!

CAPVT XX.

v. 2. מוסר מלמות *Correctionem ignominiae meae,*
contumeliae meae, contumeliosam mihi correptionem
audire cogor, et vana atque inania locutus esse, ar-
guor? ורוח נבינה יעננו *Et spiritus institutionis*
meae respondet mihi. Quorsum haec? Salissima omnino
fiduciae illius, qua Iobus in defensione sua usus erat,
perstrictio. Tu ita confidenter ac arroganter loque-
re, ac si divinus quidam vates, et divinitus ablegatus
et inspiratus Θεοντυευτος me doceret.

v. 6. **לִנְשׁ**, Solitam, et, quae prima cuique semetipsam ultro offert, vocis hujus interpretatione in sequi malui: *Elatio ejus, fastus, superbia.*

v. 7. כָּגֵל ל, *Paleae instar ad nubes usque turbine rotatae.*

v. 19. Turpi ac sordido, quem ex illis fecerit,
quaestu, pauperes etiam si sordidus ac malignus foenera-
tor eo adegerit, ut coram judicio sibi addicti sint;
addictumque durus, vinculo jam circum collum iacto,
suffocans et guttur elidens fere trahat, liberum tamen,
Deo jubente, eundem e manu dimittere cogetur.

v. 26. *לצפנו* In thesauris ejus, Dei scilicet.
Mortalium peccatis puniendis innumera Dei sunt ar-
ma; haec enunciatio poetica quadam imagine ita
pingitur: *Omnimodis thesauri divini armis, ma-*
chine.

chiniusque bellicis referti sunt; conferatur Cap.
XXXVIII. 22. 23.

v. 28. **בָּיִת־יְהוָה** Die irae ejus, i. e. poenae
ejus; nam ferius ocyus poenas flagitorum quivis
certe improbus dabit, et quia Deo judici, omnia bona
ac mala, quae hominibus sive acciderint, sive contige-
rint, tribuere solent, diem etiam quandam constitutam
esse dicunt, qua judex quasi sedeat Deus et bonis bona,
mala vero malis repandat. **Ira** denique pro poena ac
Suppicio ponitur, unde etiam per Hebraicum in N. T.
saepius οργή et ημέρα οργῆς, **ira** et **dies irae** pro poena
et judicii die ponitur.

CAPVT XXI.

v. II. **וַיֵּשֶׁם־חֹדֶשׁ**, Filiorum parvolorum nativitatem
laeti conviviis celebrant; nam **שְׁמַחַת** de conviviis etiam
usurpari notum et hoc loco aptissimum.

v. 14. **דֶּרֶךְ**, *Via*, pro *doctrina*, Orientis poetis
solemne: Sic in Corano Sur. IV. 83. XII. 108.

XLVII. 32. 34. **فَقَاتِلُ فِي سَبِيلِ اللَّهِ**, *Pugna pro v.*

Dei, i. e. *pro religione*, *doctrina Dei*; et saepius,
quin centies alibi.

v. 19. **עֲזֵבָנִים**, *Novit enim impium*. Etiamsi parcat
nesario cuidam homini diutius, tamen quae factis
suis meruit, ea tandem retribuet; nam consilia im-
piorum, quamvis callide occultata, Deum tamen non
fugiunt.

v. 20.

v. 20. *Venenum Altissimi bibet*, i. e. venenatis Dei telis penitus transfigetur et conficietur: ipse Deo poenas dabit. Sic Statius Achill. I. 303. *Bibere novum ignem totis ossibus*, i. e. amorem imbibere: et Virgilii Aen. I. 753. *Infelix Dido longum bibebat amorem.*

v. 21. *Quorsum post mortem deliciae sive abeunt?* ubi urna semel mota ejus sors exierit. conf. Horatii II. Ode III. *exstructis in altum divitiis potietur heres;* — *Omnium versatur urna, serius, ocyus sors exitura et nos in aeternum Exilium impositura cimbae.* — Quorsum tunc deliciae sive? — Prodigus scilicet heres, avarum fere et injustum rapacemque divitem expipere solet, quaeque rapinis ac fordido lucro faciendo corraserit ille, ea post mortem contra, mox disperdere heredes, distrahere, misere dissipare et ligurire solent.

v. 21. **רְמֵי־יִשְׁפּוֹת** Proprie: Nam Ille, Deus scilicet, altos judicat, i. e. ni fallor: *altissimus Ille et omnibus aliis longe excellentior judex est.* Idem, quod nos dicere solemus: *Iudex in excelso.* Sensus igitur hic esset: *Quicunque vices judicum, regum, principumque in terris gerunt, iidem omnes tamen, Deo, judici summo ac altissimo, subjiciuntur.* *Quae-nam igitur ejus insanias, quantaque dementia futura esset, qui Deum ipsum sapientiam docere, et injustitiae Eum imprudentiaeve taxare voluerit.* Meinieris quaeso versuum Horatii L. III. Od. I. *Regum tremendo-rum in proprios greges, Reges in ipsos imperium est. Iovis.*

v. 24. **עֲטַבְנָיו**, proprie loca, ubi potum acta recubant post pascham satura armenta, ab Arabico **حَطَنْ**, **cubare**

cubare circum aquam, et **عَطْن** locus, ubi camelii aut reliquae pecudes aut armenta circum aquae fontem seu puteal cubant. Idem autem mulctrae simul locus fuisse videtur, et hunc quidem lacte abundare dixit va-
tes sanctus, i. e. vaccis et pecudibus ubera semper larga
lactis copia distenduntur. Illius autem vaccarum non-
nullarum ubertatis, quarum uberibus, praे justo majori
lactis affluentia, illud non capientibus, antequam mul-
geantur etiam, lac effluat, ita ut ipse mulctrae locus
lacte fluat; ne cuiquam forte in mente veniat; nam
ita præmere verba Poetae, jejunaum certe ac inane vi-
deretur.

v. 29. Irridet Jobus amicos: *Num vos interroga-
atis illos, qui viam hanc jam migrarunt? Num vestigia
eorum vobis nota sunt?* Qui tanta de me fiducia judi-
cium ferre audetis, et reum me declarare, quaeque ac-
ciderint mihi tristia et adverfa, ea omnia peccatorum
meorum poenas, ac supplieia dicere non dubitatis;
*num forte interrogatis illos, qui mortis viam, omni-
bus communiceps, jam ambularunt?* quibus bonorum ac
malorum post mortem sata jam innotuerunt? Hoc ni
fecisti, qua igitur tanta fiducia loqueremini?

v. 30. Quam nunc ipsius sententiam, de malorum
in vita hac et futura fatis, proponit Jobus; Parcit im-
pio Deus, quandiu in terris vivit; nam judicio futuro
et retributionis diei servatur. Quae vero ultima vitae
hujus dies ubi venerit; tunc angelorum, judicis sumi-
mi, severi ac tremendi ministrorum, coetus, splendida
improbum pompa ad judicem trahit. Nam per totam
ejus vitam, rependere nemo, quae meruerat, ande-
bat; prosperrimoque semper consilia ejus exitu corona-
bantur. Quin etiam in sepulchrum, solemni celebrique
funeris pompa effertur.

v. 33. Ita moriuntur omnes; mortalium hoc fatum
omnibus commune est.

v. 34. Quemadmodum igitur mali, usque ad vitæ
finem, laeti et beati saepius degere solent, ita vana etiam et
inanis est consolatio vestra, qua me virtutis, in hac vita,
præmium sperare jubetis. *Quorūm igitur responsa ve-
stra? Scitote contra, vindictam vos manere desuper!*
post mortem demum puniri malos, bonisque pietatis
ac integratatis mercedem justa lance rependi. נִשָּׁאָר

Niphal a radice נִשָּׁאָר Arabic ^{نُسْعَى} ultus est, vindic-
tam repetiit. פְּעַל Ex alto: *Vindicta sumitur de vobis
ex alto.* Levi tantum punctorum vocalium mutatione
opus est, quae commodissimum ac orationi aptissimum
sensum fundere mihi videbatur.

CAPVT XXII.

v. 3. מִשְׁכֵּיל Prudenter agens; pium enim, Dei-
que et virtutis cultorem prudentiae laude exornant;
nec id immerito facere censendi sunt; nam maxima
certe hominis illius est sapientia ac prudentia, qui Dei
præcepta sequitur. Sic impium e contrario נִכְלָה
stigmate inurunt, qui ipse melius sibi metipsi, quam
Deus prospicere posse credit; stolideque divinis sapien-
tissimis, et verae salutis viam monstrantibus, mandatis
obedientiam neget. Der in der Weisheit wandelt
equidem cum Hebraismo, cui civitatem dederunt no-
strates, converti; nunc autem ita emendari mallein:
Der Gott geborsum wandelt. Sed prudentiae ac
sapientiae, quae voci נִשָּׁאָר inest, splendida imago,
una cum Hebraismo excideret.

v. 11. Aquae fluctibus miserias ingentes casusque
tristissimos innumeros fere conferri solere, vel ex Psal-
morum Davidis exemplis multis notum est.

v. 12.

v. 12. Mortalium non esse judiciorum Dei reprehensionem, nec decere eos erga Deum judicem sumum, nisi silentium ac tacitam venerationem et humillimam animi summissionem: haec quia dixerat antea Iobus; nunc verba ejus ita perverse interpretatur Eliphazus, ut procurementem rerum mundanarum ac humanaarum divinam negasse, et impietatis criminacionem meruisse videatur.

v. 20. קִרְבָּנוּ Fundamentum, cui inniteretur. firmissimum; conf. Matth. VII. 24. sqq. Nam cum alto ac firmo domus fundamento, firma, stabilis ac mansura felicitas saepius comparari solet.

v. 27. וַנֵּרֶךְ תְּשִׁלְךְ: Virgilianum: *Dannabis tu quoque votis.* Quaecunque ad Deum preces fuderis, quaecunque pro salute et incolunitate tua, seu prospéro ac felici rerum tuarum successu vota feceris; ea omnia audiet Deus, benignus tibi, quae oraveris, tribuet, et tu damnabere votis, laetusque vota tua Deo persolves.

CAPVT XXIII.

v. 2. וְיֵכֶרֶת עַל אֲנֹרֶת Manus mea ingravescit propter suspiria mea. Manum gravem hoc loco, propter antecedentis membra parallelum, proferocia ac insolenti superbia ponit existimaverim: Ferociae ac insolentiae arguor propter suspiria mea. Nunc contra Eliphazi acerbas criminis insimulationes, ad Deum, justum et ab omni partium studio alienum judicem provocat.

v. 8. Nulli mortalium unquam videri Deum posse, recte contendunt vates sancti ac profani, et sub variis imaginibus, hanc Dei ab omnium conspectu seclusiōnem proponere solent, Potissimum autem ac saepissime,

G 2

me,



me, nebula amictum, nube cava tectum, Deum Deamne descendere ad homines faciunt: sub quibus omnibus nihil reliquum latet, praeter simplicem veritatem illam: Deus ex operibus suis nobis agnoscendus, nullis autem mortalium oculis videndus est. Quamobrem abeuntem etiam et aversum Deum agnosci canunt; adversam autem Dei faciem, sive omnino nunquam aspici, seu humanae similem faciunt; et contentiunt in hoc cum mythicis sanctorum carminum poetae. Quia mortuos deum ad Deum pervenire, eumque coram aspicere credebant; hinc illam etiam opinionem fovebant, quod quicunque Deum vidisset, illi moriendum sit.

v. 17. *Vtinam mortuus essem!* Affectionis plena ejusmodi exclamatio, universae huic orationi apprime convenit. Verba scilicet יְהוָה cum affectione animi tristi quadam et graviore efferenda sunt: *Quare mortuus non sum!* i. e. *Vtinam mortuus essem!*

מִפְנֵי חַשֶּׁךְ ante tenebras, i. e. antequam in tam gravia, tot ac tam tristia inciderem infornitia. Nam quemadmodum lux beatam, ita e contrario tenebrae tristem et infelicem vitam insignire solent.

מִפְנֵי כִּסֵּח אֶפְלָל Alterum hocce sicut primum, et in utroque loco, uno eodemque modo interpretandum est: *Et antequam obtegeret me caligo.* Pronunciandum est forte: בְּקָפָה, Pyhal, voce passiva: *Antequam obtegeretur.*

CAPVT XXIV.

v. 10. *בְּלֹיל בּוֹשָׁת* Quia nulla uestis illi supererat praeter eam, quam durus detraxerat illi foenerator; conf. Cap. XXII. 6. vbi בְּגָד in specie ponitur. Nam uestem illam, qua sola interdiu tegebatur, noctu autem



tem corpori sola involuto frigus defendere solebat, de-
trahere alicui, ultimae erat inhumanitatis. Conf. ma-
xime Ill. Michaelis Ammerk. für Ungelehrte.

v. 22. Impiorum vita miserrima describitur, quo^s
in ipso medio consiliorum omnium successu prosperri-
mo, metus semper curaeque et aegritudines innumerae
anxios habere debent; nam omnium ipsi inimici, omni-
bus odio sunt. Quin potissimum circa illud, de quo
vates sanctus loquitur, tempus, vindictae cupidissimi
erant, (ut Arabes nunc etiam,) omnes regionum ea-
rum accolae, et cujuscunque injuriae ultiōnem, acer-
rime repetere solebant. Quamobrem vitae suae metue-
re cogebatur ille, qui semetipsum omnibus invisum,
omnesque sibi infestos esse noverat.

v. 23. Per breve quoddam temporis spatium, ex
animo omnia succedunt malis. nam occultis illi qui-
dem machinationibus utuntur, quae, quamdiu occul-
tari possunt, exitu optato non destituuntur, mox au-
tem, compertis dolis, ipsis illis, quos aliis tetenderant,
laqueis irretiti capiuntur.

CAPVT XXV.

v. 5. Ad lunam usque tentorium non fixit, non ba-
bitat ille, qui coram Deo purus sit. Et stellae non mun-
dae sunt coram oculis ejus; ne perfectiores quidem et
sanctiores siderum incolae puri et innocentes coram
Deo sunt.

v. 6. Pulchritudinem ac perfectionum verarum, i.e.
quarum alteram altera non tollat, quae in Deo sunt,
summarum omnium complexum, si cum fragili et in-
firma hominum conditione conferre velles; nullam ta-
men Deo satis dignam imaginem atque contentionem
invenire posse. Hic verborum quidem sensus est, sed

nostros homines tamen eam, quae hic legitur, hominis cum insectis et vermis comparationem, neque in concessionibus, coram coetu Christianorum habendis, neque in quibusvis scriptis bene imitari crediderim. Nam quae decabant aevum illud, ter mille annorum decursu a nostro remotum, ea nunc fortasse minus decora sunt; nec verbis biblicis uti debent, nisi iis, quorum vim recte capiant omnes; si quidem verbi divini apud populum Christianum interpretes agunt, et non in verbis, sed doctrina divinitus revelata homines docenda versantur.

CAPVT XXVI.

v. 4. וְנַשְׁמָתִּי, Et cuiusnam spiritus exit, loquitur ex te? Cum irrisione ex eo quaerit: Num forte haec sapientissima dicta ex inspiratione loquere?

v. 5. חֹרֶפְאַת, Umbras luce carentium; species vanæ, orcinæ, manes. מִתְחַת מִבֵּט, Subter aquam, i. e. Orcus, loca infera, Ditis tristia regna aeterna nocte silentia torpentiaque. Haec enim in ipso terræ centro ponere solent.

v. 6. אֲבָדוֹן, Graecorum Tagtagos; loca illa, ubi post hanc vitam facinorum poenæ mali daturi sunt. Malos etiam post mortem et eorum supplicia novit Deus.

v. 7. Mittnacht, ad analogiam vocum, Mittag, Mittwoch.

CAPVT XXVIII.

v. 4. רַנְשְׁכָחַת מִנְיָגֵל, Obliviscuntur illorum pedes, scil. viatorum. Qui magno cum fragore torrentis, sive e montium verticibus delapsus erat, sive ex rupium radicibus proruperat, mox pauper aquæ rivulus, in arenae bibulae campos delabitur, et ita funditus exarescit, ut qui aquatum antea ad illum adire solebant,

bant, nunc illius obliviscantur. *Lapidem caliginis*
geminas abstrusas penitus, post Grotium, converti.

v. 6. *Saphiri locus fodinae sua*; inter fodinas suas
numerat locum, in quo Lazuli lapidem, in interiori
viscerum parte, terra generat.

v. 16. *לֹא תִסְלַח*; conferendum videtur, *يَوْمَ* pro
شَلَّي, *sustulit*, hinc ponderavit, trutina examinavit.

v. 21. *כָּל־חַי* *Omnium animalium*; animalia sci-
licet sapientia, i. e. ratione et intelligentia Deus care-
re jussit, qua homines illis potissimum praefstant. Sic
paullo post etiam ad aves enunciatio haec restringitur,
ita ut de brutis solum animalibus, hominibus ratione
praeditis exceptis, dictione hanc accipiendo esse,
facile colligatur.

v. 22. *אֶבְרֹן וּמוֹתֵר* *Tartarus et mors*, pro Or-
co in genere positum credo, utque suis dictio poetica
dignius extolleretur gradibus, inversam textus hebraicis
vocabum consequitionem, ita ut morti primum, sepul-
chro, i. e. Orco, secundum locum assignarem, per-
mutare ausus sum.

v. 23. Rerum omnium creatrix ac opifex sapientia
divina personam hoc loco induit, et in secessu quo-
dam, a mortalium oculis seclusa, Deo solum nota,
altum fibi in coelis extruxisse domicilium dicitur. *Via*
sapientiae, ad sapientiae regiam quasi aulam semita est;
et *sedes illius*, regia aula atque palatium in quo habitat.
Sapientiae leges, secundum quas mundum et condidit
et conservat et gubernat Deus, Ille solus novit! Sapien-
tis vero ac prudentis hominis est: Venerari ac pie co-
lere Deum et mala omnia averfari.

CAPVT XXIX.

v. 5. Cum Omnipotens adhuc mecum esset; Hanc equidem enunciationem in proverbii consuetudinem venisse crediderim; ita ut vilioribus etiam rebus, verbi causa, servorum mentioni hoc loco jungi potuerit; nec aliud quinquam, nisi vitam beatam, et bonorum omnium copias affluentem, designaverit.

v. 13. Versionem meam hoc loco ita emendari velim: *Des sonst Verlobnien Segen kam auf mich.* Nam ea, quam ex conjectura, אָנוּכָר pro *אָנוּכָר*, feci versionem, margini prius adscripta, in textum ipsum irreperat, cumque autographon, prelo jam subiectiendum, iterum relegarem, hoc tamen versionis uitium oculorum aciem effugit. At vero Kennicotti editionem V. T. inspicere cui licuerit, hunc tamen, ut eandem, de varia loci hujus lectione forsitan speranda, consulere velit humanissime rogo. Nam viatores hoc loco, ubi beneficentiam suam Iobus laudare voluit, prorsus silentio praeteriri, cum tamen hospitale in maximo apud veteres omnes, Arabiae vero in primis, populos honore fuisse sciamus, mihi quidem verisimile non videtur.

v. 14. לְבָשִׂי וַיַּבְשֵׂנִי *Iustitia me induerat et pro indumento mibi erat.* Quotidie laetus iustitiam ita exercebam, ut solitae quasi uestis instar ea indueret. Ita Mercerus, quem Schultensius etiam probavit: *Vt ueste assidue indui quis solet inter homines versaturus, sic miki indumenti loco fuit iustitia, ei exerceundae jugiter invigilavi.* Omnis iustitiae abstinentia ita omnes antecelluisse se, et tanto tamque indefesso studio in omnia bona se incubuisse ostendit Iobus; ut iustitiae suae ita confuscerent omnes, et eadem illum omnes ita agnoscerent, ut uesti cuidam nos assuecere

assuescere soleamus, qua indutus amicorum nostrorum unus aut alter in publicum prodire solet.

v. 16. Non amicis solum et familiaribus meis, operam meam in causis forensibus commodare, sed ignororum etiam atque patrono carentium lites inquirens, si justa illorum causa mihi videbatur, lubens illis patruncinari et advocatus adeste solebam.

CAPVT XXX.

v. 15. כָּרוֹת Schultenius: *Persequuntur ut ventus generosum meum spiritum.* Sic reliqui etiam interpretes et Ill. etiam Michaelis: Venti instar nubes agitantis persecuntur me, et sicut nubes coram vento abiguntur et evanescunt, sic omnis mea praeterit salus. Sed versio illa: *persequitur ut ventus*, mihi nunquam satisfecit; salutis et auxilii spem evanescensem, nubibus avolantibus, paullo post, et alibi saepius, conferri video; generosus autem spiritus, quomodo vento agitari dici poslit, quae scilicet pieta placere nunquam posset imago, nou video. -- Convertendum igitur credo: *sicut spectrum*, quemadmodum בְּנֵי Capite IVto et alibi ponit solet: *Spectri instar me persecutur.*

v. 16. נַפְשִׁי super me in lacrumas effunditur anima mea: sic equidem post alios Viros summos converti; sed mallem tamen: *Diffuo in lacrumas*, ita ut נַפְשִׁי Pronominis personalis loco positum sit. Sed fieri posset etiam, ut נַפְשִׁי hoc loco, tristissimam animi affectionem, aegritudinem ac dolorem Iobi acerbum, insigniret et melius vernaculo idiomate verteretur: *Wein kummerpolles Herz zerstießt in Thränen!* Eodem modo nunc עֲבָדָיו, pro ipsa aerumnâ et afflictione ponit credo. emendandum igitur pro: *Und Unglückstage haben mich ergriffen.* Melius: *Und über mich stürzt eitel Unglück her.*

v. 17. *Noctem ossa pertundere:* (conf. III. Michaelis Anmerk. für Ungelehrte) nobis haec enunciatio durior et minus solita est: Emendandum puto:

Auch noch bey Nacht wühlt Schmerz durch
mein Gebein,
Und quält mich unaufhörlich! u. s. w.

v. 18. Cutem suam lacerataim scissae vesti confert:
Innumeris ubique tuberibus laceratur cutis mea, ulceribus
que disrumpitur, vestis instar, quam dolore percitus
miser, ipse manu laceraverit. Immo comparari pot-
est optimo jure cutis mea cum discissa ac lacera ueste.
nam cuti non amplius, sed vesti lacerae ac sordidae
similior est.

v. 19. *Typothetae culpa deest hoc loco versioni
meae integer versus:*

Ich liege nun und wälze mich im Staub.
Proprie: *Deus conjectit me in pulverem.* Id enim, quod
propter animi dolores ac aegritudinem ipse fecerat Io-
bus, Deum fecisse dicit, qui tantis illum doloribus
exerciari passus sit. Patent nunc sequentia: *Pulveri
similis factus sum.* Quia tamdiu nunc jam in cinere
ac pulvere jaceo, vultus meus et corpus totum, tur-
pem pulveris colorem traxit, et sorde assidua immun-
dum est.

v. 20. Ich ruf zu Dir; in Ruf ich zu Dir;
cum interrogatione mutari vellem. Non respondes
mihi, i. e. non auxiliabere, a miseriis meis, morbo-
que et doloribus me non liberas.

v. 26. Ich hofft auf Glück, und Böses kam;
melius; Unglück kam.

v. 27. Tollis me, ventoque inequitare facis: Gra-
vissima et audacissima figura: Morbi impetu ita me to-
tum evanescere facis, ut stipulae levis instar, ventus me
corripere,

corripere, correptumque et velocissime per auras rotatum auferre possit.

CAPVT XXXI.

v. 5. שְׁנִים — יְהִי Idolorum cultus hoc loco נָשָׂא dicitur et eodem modo מְמַתֵּה *fraus*, veri Dei cultui ac religioni opponitur. Omnia enim, a quibus purum se ac innocentem praedicat, vitia atque peccata, idolatriam quodammodo spectant. Sic v. i. *Virginum libido*, ad ritus illos turpissimos et libidinosos referenda est, quibus semetiplos, inter ipsas religionis ceremonias, et coram Deastris suis ipsis, vanorum idolorum cultores contaminare solebant. Adiit enim: *Haec omnia Deo vero placere nunquam posse, sed ad iram eundem et indignationem provocare.* Quin etiam in fine communatis 7 mi, ad integrum, quem semper amaverat, solius veri Dei cultum, תְּהִלָּה provocat; et ipsa haec, vocis נָשָׂא, *Idolatriae significatio dubitationem non habet.*

v. 10. חֲטֹף Punctis vocalibus intatis in Passiva Conjugatione Niphah, accipi mallem: *Aliorum adultera fiat uxor mea.* טְהִרָּה Latinorum: *Alienas permovere uxores.*

v. 15. Ambo conditionis ac fortis ejusdem, mortales mortalibus prognati sumus.

v. 16. Praestantissimam et linguae nostrae vernaculae propriam vocem: längen, summo cum desiderio, arrecto collo appetere aliquid, quam in inferioris Saxonie idiomate superesse satis notum est, proprio et suo quodam honori restituere ausus sum. Apud Anglos vox eadem etiam est: *I long'd to have it; summa aviditate appetii.* Etwas längen; sich nach etwas lang machen; arrecto et protento collo, corporeque toto, avidissime aliquid appetere, vocabulum, quantum

quantum equidem viderim, pulcherrimum, dictioni-
que poetarum apprime conveniens est.

v. 23. Et hoc et iis, quae proxime sequuntur, com-
matibus, lucidissimis verbis docet Iobus: Nulla omni-
no ejusmodi crimina, integrum veri Dei cultorem au-
dere, sed ea omnia ab Idololatraru*m* vita ac moribus
haud abhorre.

v. 25. Homericum fere: *νύδει γεων.* Num de opum
et divitiarum mearum copiis ac affluentia unquam glo-
riatus sum? aut animum, quia dives ac opulens essem,
unquam extuli? Num *μεαν* mihi tot ac tantas facultates
paravisse ac congreguisse manum unquam contendi? Nam
consiliorum omnium felicem successum impius sibi met-
ipso, manibus suis, plus autem veri Dei, et verus ejus-
dem cultor, quaecunque laetissima sibi contigerint, ea
omnia Deo suo grata mente accepta referet.

v. 26. Idololatrie prima fere ac vetustissima vestigia
scrutanti ac anquirenti, Solem ac Lunam homines, quia
terram scilicet potissimum foecundarent, multisque be-
neficiis augerent, primum stolido illo idololatrico cultu
prosequutos esse, facile apparebit. Nam coeci illi ini-
ferrimique mortalium ad splendidi hujus operis aucto-
rem animum non advertentes, quae creatori debebantur,
eum honorem, eamque adorationem, operibus, ab ipso
creatis, tribuentes, verum, qui solus Illi placet, virtutis ac
integritatis et piae mentis cultum neglexerunt. Ita hoc
loco etiam Solis ac Lunae, ubi de idololatria sermo
est, mentionem fieri videmus.

v. 31. *Carne alicujus saturari*, nostris quidem du-
rius infonat auribus, atque, sic ut est, inhumanum; sed
apud Hebracos et Syros in Proverbium abierat, et hoc
loco nihil aliud est, nisi vindictae cupidinem alterius
supplicio exsatiare. Hostium non modo, sed inimi-
corum quorumvis etiam carnem, nunc etiam barbaras
gentes

gentes nonnullas, in deliciis habere notum est. Sed an ex isto more inhumano, dictio haec orta sit, equidem vehementer dubito, quamquam nec omnino hunc ejus ortum negaverim.

v. 33. *Num culpam meam celare et occultare studui?*
 Sinu aliquid occultare Orientis moribus aptum est; nam balteo, seu cingulo, subne^ctebatur fluens et laxa vestis subter brachium, sed ita, ut sinum faceret superne, in quem saepius condere occultanda solebant. Sic vulpe in ex horto quodam raptam, juvenis quidam Laco sinu absconderat, neque furtum ejus palam fieret, antequam domum abstulisset, cum a vulpe latus ejus misere dentibus laniaretur, nullum tamen, ne sonum quidem doloris indicium, edidit, sed patienter contra morsus ejus passus est, donec exanimis concideret.

v. 35. Ad Deum ipsum verba haec ita referre, ut ipse provocetur, sitque **אִישׁ רַבָּי**, equidem nolle. Nam Deum sibi judicem optaverat Iobus, et quam in eo collocaret fiduciam laetissimam saepius antea ostenderat; ita ut sperare se contenderet, fore ut a Deo, ad quem judicem provocaverat, justo judicio absolveretur. Ita potius interpretarer: Deus Omnipotens respondeat mihi! Legat utinam defensionis meae scriptum et judex respondeat, judicium de me ferat! Et Adversarius libellum scribat; quicunque adversariorum meorum me reum agere velit, ille nunc scribat contra me libellum accusationis, illumque Deo judici tradat. Laetus enim spero, fore ut in judicio ita absolvatur divino, ut calumniatoris mei accusationis libellus in honorem mihi cedere, et innocentiam meam manifestiore redire debeat. Deum igitur judicem sibi expetit, et apud tribunal divinum provocatione certare cupit.

CAPV T

CAPVT XXXII.

v. 1. *Quod justus esset in oculis suis; quia se propter peccata sua poenis ac suppliciis promeritis a Deo affici fateri noluerat.*

v. 2. *Quod p̄ae Deo semetipsum justum fecisset.*
Nam Elihu non minus, quam reliqui, lobī dicta ita interpretabantur, ac si ab omni peccatorum labore purum se fuisse contendisset; cum per totam tamen defensionem morbum solum et infornia reliqua peccatorum poenas esse negaverit, atque justa et debita animi summatione, homini contra Deum judicem quod te pon-deat, ne unum quidem verbum futurum esse fas illis sit.

v. 13. *Deus illum deuicit, non homines. Ita eum oratione nostra dejecimus, ac si Deus ipse, loquutus cum illo, erroris illum convicisset, mutumque fecisset.*

v. 18. *Premit me spiritus meus, Turget verbis genitorum pectus meum. Vocabulum וְפָרַע premi nolle. Nam recte docuerunt Viri docti Schmidius, Schultensius et alii, non semper vocem hanc, ventrem inferiorem et ile, sed superiorem etiam, nec illum minus, quam praecordia ipsa notare. Eodem modo qui Graecorum Φρεγη, et Latinorum praecordia urgere vellet, nihil profecturus esset. Supra jam ad C. XV. 2. בְּפָרַע et ejusmodi vocabula reliqua, pro perturbationum et animi motuum sede in genere poni, evictum dedi; nobis igitur aut omnino non vertenda, aut certe cum aliis quibusdam, eundem fere sensum fundentibus, vocabulis, v. c. Brust, Herz, commutanda sunt.*

Iactantiae quidem et vanae gloriae cupiditatis absoluvi omnino Elihu non posse videtur. Sed excusari potest, si genium saeculi species; nam apud Homerum etiam

CAPV

etiam heroes omnes, eodem modo, quin ja^qantius multo ac arroganter gloriantes audimus.

CAPVT XXXIII.

v. 1. *Omnia verba mea auribus accipe.* Mereeri observatio ad vocem קְלַיִם, quasi hac voce Elihu, se nihil otiosi dicturum pollicetur, inanis est. Verba non premenda sunt; nihil aliud dicunt, quam: *Aures arrige.*

v. 2. *Ecce aperio os meum et loquitur lingua in palato meo,* id est: *En loquar!* Schultensius, Vir suminus, aperite os, de fiducia interpretatur, et פָּנָן palatum, de sanae mentis judicio, quae sine affectu sententiam intus exigit, antequam pronuntiet. — Sed haec etiam, nullo certe fatis firmo fundamento nituntur; Ovidius etiam iisdem fere verbis canit: *Stupuerunt ignavoverba palato.*

v. 3. *Absque omni fuso ac fraude loquar.* Nil praetera verbis extorquendum.

v. 4. *A equis congregiamur viribus, ambo a Deo creati!* Noli conterrei!

v. 7. *Proprie: Onus meum,* i. e. accusatio mea; contuli nempe Arabum وَكْفُ أَكْفَ وَكْفُ أَكْفَ، ^{وَكْفُ} Onus, crimen, criminatio; et وَكْفُ أَكْفَ atque وَكْفُ أَكْفَ، criminatus est, in crimen conjectit.

v. 10. Inanes contra me singit criminaciones, etho-
stis instar habet me; i. e. Innocenter me in immita
infornia incidere fecit, plurimas inihi, non merenti,
atque gravissimas molestias imposuit.

v. 11. *Miserimus sum, nec mileriarum finem aut exitum video,*
v. 12.

v. 12. En hoc ipsum, quod immeritum te et innocentem mala opprimitis dixisti, hoc ipsum verum non est, hoc ipso fallere. tua enim ipsius est culpa, quae miserum te ac infelicem praeslitit.

do v. 14. 18. Somniorum ope homines saepe doceri, et de imminentia quoddam periculo admoneri, ita ut quae nocere possiat, ea fugere ac vitare discant, dubium mihi non est; nam mihi nec tibi idem nonnunquam accidisse conscientiam, et cum divino illo ac immortali ingenio, Youngio, libenter fateor: *Nightvisions may befriend us
sung above; Our waking Dreams are fatal!* In consulta interdum consilia animo agitamus, quorum quidem noxias et damnosissimas sequelas, vigiles non videmus, per sonnum autem, ubi sopiti jacent sensus, nec ab imaginibus externis, sensus pulsantibus, turbantur mentis actiones; recurrunt in animum ideae turpes ac pravae, stultae ac vanae, consilia foeda, noxia ac turpia; et salutari quodam tunc interno afficiunt horrorem, ne audeamus ea, quae tristem saepius exitum habitura essent. Deo quidem hoc loco ejusmodi somnia immediate assignantur, quae mediate solum, per animi nostri leges, sed quadam tamen providentiae divinae pro- curatione, tam salutaria hominibus occursum crediderim.

v. 19-23. Morbis etiam meliora nonnunquam homines edocentur, nam vita illa, quibus eisdem libi contraxerunt, in posterum vitare, ab iisque abhorre discunt.

v. 24. 25. Sensus est: *Vbi mortem evaserit, et revaluerit e morbo.* Nam aegrotantis curatio ac sanatio graphicè pingitur: *Custos hominis genius quidam, διαμονος, Deum pro aegroto precatur, et sanatur, i. e. simpliciter: sanatur: revalescit.* Redemptionis pretium λυτρον, inveni, i. e. morbo iam ad meliorem frugem reddit et resipiscere didicit. Nam hoc erat sanationis pretium

pretium. propter morum enim et animi emendationem, morbo Deus hominem afficerat. Plurima scilicet prava facinora, quae mentis ac animi rectam conditionem pervertunt, corpori non minus nocent; sequitur eadem igitur morbus, corporis quaedam infirmitas, cum in finem scilicet, ut de errore nostro edoceamus, melioraque in posterum probare ac persequi discamus. Hoc enim facto, Deo quasi satisfecimus, i. e. id quod voluerat Deus, fecimus, melioresque, modestiae, moderationis ac temperantiae studiosiores, amantioresque a lecto resurgimus.

v. 25 - 29. Revaluit et ad meliorem frugem rediit.

v. 29. *Duabus et tribus vicibus*, i. e. *iteratis vicibus*, *jaepius, nonnunquam*. Verba non sunt torquenda. Nec addere non possum, quae ad v. 14. proprie pertinent; eandem ibidem enunciationis **אָלֵף יְשׁוּרָנָה** significationem mihi ac vim esse videri: Iterata vice, i. e. interdum homines admonet Deus, sed non videt illud, scilicet videns, i. e. nullus videt, nec animum advertit, qui admonetur.

Ex supra dictis consequens est. Primo: in quibusvis vitae casibus tristissimis, morbisque gravissimis, de Deo conqueri, hominem inquinat decet: sua enim culpa potissimum ea omnia illi accidunt. Deinde: Salutaria sunt illa etiam, quamvis acerba. nam ea hominem vivare docent, quibus hanc sibi labem antea contraxerat.

CAPVT XXXIV.

v. 17. Versionem meam duriorem hoc loco ita corrigi velim:

Du, Sünder, wagst es Gott zu tadeln, Ihn,
Den mächtigen Gerechten zu verdammen?

Proprie: *Tunc, Osor Iudicii, vincies et dampabis ju-*
H *stum*

sum praepotentem. Sie et ego scriptum interpretatus sum, sed sententiam nunc mutavi. Non placet durior ille Hebraismus, quem pauci erunt qui ferre et sensum ejus capere possint. Nam forense hae dictiones nobis diu obsoletae, cum suetis, iisque, quae minorem aurum offenditionem habitura sint, vocabulis commutari debent: *Ofor judicii, improbus est, Vincire aliquem idem est, ac damnare, reum agere ac declarare;* quemadmodum per sequens etiam עֲרָשֵׁיexpli-catur. Sic nexi, rei, addicti sunt.

v. 20. Acquo omnia, summa non minus quam infima, Deus moderamine regit. Opibus atque potentia superbientes subito moriuntur, concutiuntur populi ac evanescunt, sterniturque praepotens momento tyrannus, subitis Dei plagis exterminatur, nec vindex manus, quae opprimit illum, appetat. nam uno, vel lenissimo, oris spiritu, Deus in pulverem illos dejicit ac conterit.

v. 23. Tribunal nullum est, coram quo compareat Deus, sumimus est omnium judex, omnipotens, altissimus est; nec igitur hominem cum Deo contendere decet. Illud potius fiducia teneat firmissima, sibique persuasum habeat, fore ut sapientissime omnia ac benignissime regat, omniumque saluti optime consulat, rector universi Deus; atque quaecunque five adversa accidengint, seu secunda ac laeta contigerint, iis omnibus ita utatur, ut patris optimi ac dulcissimi filium amantissimum decet.

v. 26. **תְּפִלָּה** ab Arabico **تَهْلِيَّة**, condoluit, miseratus est; in Hida Conjugatione, deteriorem reddidit; inde **شَقْقَة** *Metus, ruina, excidium;* hinc nostrum **פֶּגַד**, percussit, verberavit, **פֶּגַד**, *plaga, ruina.* — Loca illa, in quibus scelerati ac impii, ante habitarunt,

tarunt, nunc ruina eorum, triflisque excidio conspi-
cua sunt.

v. 29. יְסָתֶר פָּנוּן Haec verba in versione mea ad Deum retuli, sed nunc ad reum eadem referri mallem: *Cui faciem Deus iudex tegi jussérit.* Nam reis non nisi ueste capiti superiniecta, coram regis tribunali comparere licebat; innocentio vero, et illis, qui criminis jam, peracto iudicio, absoluti essent, uestis regiae maiestatem dabatur intueri. Quem Deus damnavit, quis hunc eripiet et a supplicio liberabit? Quamobrem versio mea hoc loco ita emendanda est:

**Wer kann Jhn sehn, des Antiz Er verhüllt?
five melius, omni prorsus dictione tropica abjecta:**

Und wer kann den beseeyn, den Er verdammt?

v. 29. Schultensum sequor: *Idque super gentem et
super hominem pariter.*

v. 30. מַלְכֵי Reges facit, i. e. regum instar opibus, divitiis et bonorum omnium affluentia extollit. Posthaec additur ratio, cur ea fiant, de quibus conquestus erat Iobus, cur securam et beatam saepius vitam, impii et nefarii homines agant: *Nam Deus ait,
constituit apud animum veniam dare in terra degenti-
bus, poenasque ab iis non exigere.*

v. 33. Num a te refellentur haec? Spernis me? tor-
visque oculis aspicis? Ipse licet optes, quae placent;
respondeas, quae lubent, nullas tibi respondendi leges
scribam. Loquere igitur, si quid habes! Nec est, quod
me contemas! Sapientes mecum loquuntur sunt saepius,
meque audiverunt.

v. 37. Amici vanitatis; Idolorum stultos affectas
atque cultores intelligo. Nam sequenti commate ver-
ba haec ita explicitur: Peccato addit desfectionem, sub-
fannatique, et insolenti loquacitati contra Deum indul-
get.

CAPVT XXXV.

v. 6. *Si pecces, quid officies illi?* Ita equidem converti, sed nunc fere Schultensium sequi et versionem meam ita emendare mallem: *Was kannst du mit allen Sünden wider Gott gewinnen?* Sensus est: Ne forte credas, te sive peccatis tuis aliquid nocere, atque officere, sive pietate et probitate ac integritate aliquid prodeſſe Deo. Non sūi ipsius cauſsa te Deus puniit, cui stolida tua improbitas ac insolentia nocere non potuerunt. Nec gratiam, quam referat, ullam tibi debet. Nam pius etiamſi et iuſlus ac integer ſis, Illi tamen prodeſſe nihil, et dare nihil poteris. Quantum coeli aethereae plague, vertice tuo altiores ſunt, tantum etiam Ille, cujus ſolium coeli ſunt, te altior eſt. Hominibus prodeſſt pietas, officiique improbitas tua, eorumque cauſſa violenti et oppreſſores suppliciis, boni vero probique et beneficiis a Deo afficiuntur.

v. 10. Dei vero non reminiscuntur oppreſſi, ad Deum non clamant, cujus laudes tamen noctesque diesque, coelum atque terra canunt, quemque nobis metiſiſ, ipſa noſtra mens immortalis ac ratione praedita, eaque, qua Ille nos reliquis animantibus praefſtare voluit, ſapientia ac intelligentia, ſumnum, pulcherimum ac benigniſſimum praedicit. Quamobrem clamitantes etiam non audit.

v. 13. Iobi verba excitantur: Tu dicis: Iniquitatem non audit Deus, nec illam respicit Omnipotens.

CAPVT XXXVI.

v. 30. Optime Schultensius: *Et radices maris ſuperintegit, ſuperinducit.* Maris autem radices, vix aliud

aliud quidquam sunt, quam profundissimae nigerrimae aquarum conglomerationes, quas aulaeo suo fulmineo superinducit Deus, circumque fulgura corusca, aquarum vim immensam convehit, constipat, colligit; ita ut cum vastissima aquarum ejus mole, ipsum mare in aeris nubes sublatum ac suspensum esse videatur. Nubes Deus, Oceani altitudinem aequantes, rubraque luce corusca fulgura, throno suo circumdat.

v. 32. עַל כְּפִיר־ *Latus utrumque converti:* רַי scilicet pro latere saepius ponit notum est; nec viderim equidem quid obfit, quo minus עַל כְּפִיר־ idem hoc loco sit ac עַל יְדֵי־; nam oratio ipsa hanc enunciationis hujus versionem poscere videtur. Frigidiora sunt enim, quae de gemina, fulgureque amicta manu, Viri doctissimi tentarunt.

CAPVT XXXVII.

v. 2. קָולֶו *Vocem suam, i. e. tonitru suum,* innumeris locis. רַגְגָה *proprie fervere,* inde hoc loco: *fervor, ira, excandescens, fervens ira.*

v. 4. Qui tonitru fragorem audit, Deum ipsum audire credit, nec querit amplius, Deus sit an non sit? Hujus loci non est, quod alias facillimum esset, splendidissimam hanc vindicare imaginem. nam regium hocce quasi divinae maiestatis insigne, quis erit, qui sine sancto quodam horrore interno, audiat, aspirat, intueatur!

v. 18. Schultensius: Expandistine cum illo aethera, firmumque fecisti sicut metallum fusum? Quem sequutus equidem iisdem fere ac totidem verbis converti. רַקְעַנְתָּי *malleare, expandere,* unde etiam *pedibus tundere;* hinc illae vocis רַקְעַנְתָּי, *firmamenti, expansi ac scabelli significationes.*

v. 19. *Non aptabimus verba propter tenebras.* Nam
nobis tenebris fere occaecatisque, verba defunt digna,
quibus celsitudinem Dei exprimamus.

v. 20. *Num narranda sunt Illi, quae loquor, ut sciat?*
Num referat Illi quis necesse est, ut ad eum pertin-
gant? Annon potius omnia novit? Quia igitur fronte au-
derem ego, fictis et vanis sermonibus de Deo loqui. —

بلغ ex Arabum בָּלָע, pervenit, terminum contigit,
Hoc loco lucem accipiet.

v. 24. LXX. vertunt: Φοβηθησονται de autov οντων οι συροι και εδια. Timebunt eum sapientes corde: et Syrus
συροι φλεγονται et venerabuntur Eum. hi legerunt
igitur ¹⁷ illum: Illum timeant omnes sapientes. Ve-
teres hoc loco, et in hac pulcherrima variante lectione,
sequi non dubitavi. Illa hominum sapientia est, ut pia-
mente Deum venerentur.

CAPVT XXXVIII.

v. 12. *הַמִּנְחֵךְ Num prae diebus tuis mandata de-*
disisti Aurorae? Prae diebus nonnulli: propter numero-
sos dies tuos, ita ut brevis aevi mortalium exprobra-
tionem involvat, interpretati sunt. Mallem tamen: *ante*
dies tuos! Acerbissima insolentiae, quae litigare cum
Deo auderet, humanae castigatio! Aurorae rume, tot
annorum millia antequam nafreris a me creatae, non-
duni natus, mandata dedisti?

v. 25. Cultis novalibus nocituros imbrues inundan-
tes, certis quasi canalibus et aqueductibus, ad deserta,
nullisque hominibus habitata loca dedit Deus, ubi
dum effunduntur, hominibus non modo non nocent,
sed profunt etiam; quia vastos et arentes campos ita ri-
gant, ut gramina recentia, teneilamque progerminent
herbati,

herbam, ferisque animalibus, et reliquis eorum incolis, pastum praebeant. Haec eadem fere, quod, postquam haec scripseraim, animadverti, Mercerus annotavit: *Dei prouidentiam in eo ostendit, quod etiam pluviam mitat super loca inculta; culta enim ab hominibus posse rigari.* Quod ipsum tamen generatim contendere nolle; nam parum certe hominum illa juvatura esset rigatio, si foecundantes pluviarum rivuli, terrae dengarentur.

v. 34. Num atrolles ad nubem vocem Tuam, cum tamen coagmentatio aquarum operiat te? Tu, qui in terra degis, nubibus, tam alto supra te fastigio elatis, leges scribere, tunc magna voce mandata illis dare poteris? Insolentem Iobi querelam hac quaestione taxari videimus, qui Deo potius, omnia sapientissime moderanti, semetipsa et sua omnia fiduciae plenus committere debuerit. — Ita Schultensius etiam; sed קול tonitru interpretatur. Agmen aquarum, nubes aquosae, sonum potissimum absorpturae.

v. 36. Ill. Michaelis versionem hoc loco sequutus equidem verti; *Quis oculo intelligentiam dedit.* Sed cum et antecedentia et sequentia, divinam e mundi fabrica eluceat sapientiam praedicent; equidem hoc loco rationis et intelligentiae humanae mentionem fieri noluerim. Et quid hoc: *Oculo dare intelligentiam.* Melius forte haec etiam, de nubibus et coelo interpre-

tabimus: קול apud Arabes ط� expandit, hinc תחווה expansiones coelorum sive nubium; nam ipsam طהיה, nubem, et طהיה, amplum et patulum expanse significat. שמי, a radice שבח, prospexit, imaginatus est, sit ושבית pictura; ita nostram etiam vocem: picturam, descriptionem, delineationem, imaginem.

nem coeli, interpretari mallem: *Quis in expansionibus coeli posuit sapientiam; aut quis prudentiam dedit imaginis, figurae ejus.* Quis pandum coelum tanta cum sapientia fabricatus est, et ex ejus imagine tantam clu-
cere fecit prudentiam. Quamobrem versionem meanu-
pag. 107. lin. 11. 12. 13. ita corrigendam puto: Wer erschuf

Des Himmels Wölbungen so weise? Wer
So einsichtsvoll sein herrlich Bild? Wer zählte u. s. w.

CAPVT XXXIX.

v. 8. וְאַוְרָר כָּל יְרוֹשׁ. Schultensius: *Et omne viride sectatur; mallem tamen: Et quodcumque viret, sectatur.* Ut ab omni servitute liber vagetur, nec sub jugum ab hominibus mittatur, libens victimum spernit lautiorem ac delicatiorem, et quacunque herba viridi famem explet, modo ut libertate plena ac dulcissima fruatur.

v. 9. Ne forte credas, tui ingenii fructum, tuave solertia factum esse, ut cicurentur ita boves, quos ad arandum jugo submittere, quibusque servorum instar fidelissimorum, levissimo, pabuli vili ac foeni aridi, pretio persoluto uti potes! En aspice fratrem ejus, bovem silvestrem, ferum et servitium omne aspernante. Num tu eicurare illum, utque ad plena quamvis pinguaque praesepia stabulare, quam silvas et deserta loca pervagari malit, docere illum poteris? Mea, Mea est sa-
pientia, quae ferum exuere ingenium, bovem cicureni jussit, ferociaque illorum corda mansuescere docuit.

v. 10. עַמְקִי Valles, i. e. arva; nam plana val-
lium campique jacentes arabantur, et illa tractibus cli-
vosis, quae vitibus et oleis serendis, et pecoris armento-
rumque pascuis servabantur, opponi solent.

v. 12. Schultensius vertit: *Credesne ei, quod rever-
ber semen tuum et aream tuam comportabit?* Hunc
equidem

equidem sequutus sum. *Semen pro semente facta et hinc pro segete sive messe ponitur. Aream colligere,* i. e. fruges triturandas in aream colligere, ut ibi tritarentur ac mundenatur.

v. 13. *Si volaret verti. Nam alae Struthionis ad volandum inepta, Linnaeus ait. Si volaret accipiter et milvius.* Avium omnium ferocissimae alas ad volandum ineptas dedi, ne supra modum vorax rapaxque, et milvii atque accipitris instar, caedis avidissima, tristem reliqua inter animalia stragem ederet. — Volantis etiam, et in terra Senegal commorantis, Struthionis mentionem faciunt Itineraria, qui gallopavonis instar, pandis ac fortibus alis, pennis fuscis albisque, pedibus tridactylis, frugibus tantum, carne non alatur, vescentibusque molli ac delicatula, exquisitoris gustus carne commendetur.

CAPVT XL.

v. 2. *An litigator cum omnipotente nunc recedet.* Litigare cum Deo est: contra Deum murmurare. מוכחת deinde et ענה, verba itidem forensia, eodem modo explicari debent: *Respondeat nunc, qui Deum criminis arguerat.* Nam judicialia ac forensia vocabula, ita in Orientis linguis frequentissima sunt, ut omnes fere, quae possint, imagines inde sumantur.

v. 7. *בגבר. Mallem, herois instar.* Sonatus enim et lumbis accingendis aptius est. Accingere lumbos herois instar; arma tibi et quaecunque belli instrumenta compara, atque certamen ingredere meum, si lubet.

v. 11. *Effunde torrentes irae tuae, i. e. intona sicut Deus, atque torrentes e nubibus, fulmine ruptis effunde.* וראות, et aspice; i. e. fulmina torque. Magnis illis naturae phaenomenis, tonitru, fulguribusque vi-

H 5 detur

detur Deus: ex operibus ejus potentiam Dei agnoscimus, Deumque, quem intueri alias hominibus non fas est, praesentem quasi iatuemur. Vnde sacrificia etiam aspexisse dicitur Deus, quae fulmine accenderat.

v. 14. Tunc et ego te laudabo, teque, qui munendum et res humanas tuo nutu regas, dignum declarabo, si tibi open feret dextra tua, haec omnia si perficies, tonitruque et fulguribus contra te insurgentes disjicies.

v. 15. Sed ne inani inflere superbia, en aspice ingentia illa animalium monstra, terrena marinaque, aspice tantum ex his Elephantem et Crocodilum. Manuum mearum haec opera, mea opera sunt, ego et haec, et omnia alia, et temetipsum creavi. Nonne Elephas hic, te longe fortior est, teque viribus suis longe superat? Quaenam igitur illa tanta iasania tua fuit, qua totius rerum universitatis moderatorem et rectoren agere voluisti, meamque propter ea, quae tibi ut acciderent permisi, mundi procurationem taxare ausus es? Aspice hoc igitur et respisce.

v. 19. Conf. Ill. I. D. Michaelis, Biblioth. Orientalis et Exegetica Tom. IV. p. 58. חַרְבָּם viictum suum,

*opes suas; ab Arabico حَرْبٌ opes, quibus vivitur, et radice حَرْبٌ, opibus exiit, ac secundaria significatio-
ne: bellum gessit; nam praedae colligendae causa, tum temporis bella potissimum gerebantur, et depræda-
tiones magis, quam justa bella erant.*

v. 20. Vbi fera omnia ludunt animalia: Quos, mon-
tes scilicet, praetaliis locis, ubi commorantur, amant,
ibideinque, ab insidiis securi, circumvagantur.

v. 21. Calamo alto uliginaque later. Nam ejusmodi latibula amant; loca scilicet uliginosa, calamo, gramine
alto,

alto, seu fructicetis densa, et maximam partem uda, ut in iis refrigerentur et ab aestu recreentur. conf. Allgem. Reisen, Vol. II. pag. 442. ubi, ad fluvii *Keuboli* ripas, quadragesimos et quinquagenos, aestus refrigerandi causa, in alta palude jacentes Elephantes una conspici narratur. Quin saepius ita demergi solent in alto littoris limo, ut desixi haereant, nec ullo modo expediti et extricari possint, donec redeunte fluctu, nando rursum ad terram continentem, sordibus omnibus antea diligenter ablotis, perveniant. Propter id ipsum etiam, quia nandi scilicet facultate instruxi sunt, ripas perrumpentes et transeuntem fluvium non exhorrefescere dicuntur. **¶¶¶ cubat:** Nam fabulae inane sunt, quae de Elephante, humi numquam recumbente, sed ad arborum truncos corpore reclinato dormiente, narrari solent; reliquorum enim animalium instar, humi recumbunt, cubantes dormiunt et resurgunt. Conferantur Allgemeine Reisen zu Wasser und Lande, Vol. II. p. 87. Fronde pomisque silvestribus vescuntur Elephantes, et proboscide procula ac flexili, quamvis magnos arborum altissimarum ramos ad se trahunt, curvatosque ori ingerunt. Ad tredecim usque et quindecim pedum altitudinem excrescent Elephantes.

v. 24. *Coram oculis ejus laqueis capiunt illum et trebrant nasum.* Ad verba haec illustranda pertinent ea quae Allgem. Reisen, Vol. II. pag. 363. legi: Pullos, ita narratur, Elephantes hoc modo capiunt: Matrem eminus vulneribus conficiunt; quae ubi mortua concidit, pullus ejus tristis adstat jacenti. Ad hunc accedunt et pabula praebent, nec abnuentem domum ducent, ubi bobus equisque et ceteris domesticis cicuribusque animalibus mox assuescit.

v. 30. Rudiorum omnium gentium illud commune est, quod eos omnes magicas quasdam artes callere atque exercere facile potent, quicunque insolita quadam, et

et non communis sive arte sive scientia instructi, majora
quaedam et ardua, fortiter atque cum felici semper
successu gerant. Nec est, quod moneam lectorem de
Romanorum veterum, et potissimum Italiae veteris,
Marsiae, Tusciae, Apuliae, reliquarumque simplicio-
rum gentium, magis, veneficis etc. Biblia sacra etiam
innumeris locis corundem mentionem faciunt. Me-
moria dignum ejusmodi exemplum retulit *Cada Mosto*
in *Allgem. Réisen*, Vol. II. p. 86. ubi de ejusmodi in-
cantationibus ita narratur. Cum per triduum fere Ca-
da Mosto in principis ejusdam Regni Senegal ditio-
ne, cuius nomen erat *Budomel* commoratus, apud affi-
nem ejus, nomine Bisboror, in hospitio esset, multa se
et peracuta serpentum sibila, sub medianam fere noctem
circum totam Bisborori domum audisse testatur. Qui-
bus auditis surrexisse Bisbororum, et nigros binos ser-
vos, ut, quia iter faciendum sit, camelum propere ad-
ducerent, jussisse addit. Ex abeunte quum ipse anxius
quaereret: quorsum abiret? hilari fronte mox reditu-
rum se pollicetur, nec plura loquuntus avehitur. Red-
euntem iterum iterumque rogitat hospes, quid ista no-
cte egerit? Tum ille: Audifline sibila cirea domum?
Serpentum illa erant, quos nisi incantationibus solitis,
quas calleo, disjecissem, et in latibula sua redire jussis-
sem, strages certe caedesque tristissima, pecori meo,
armentisque metuendae fuissent. Quam narrationem
quum miraretur Cada Mosto, porro eum docet Bisbo-
rorus: Regem ipsum Budomelum meliores longe, plu-
rimaque incantationes callere. Circulo saepius eun-
dem magico septum sedere, atque carminibus suis,
omnes circumiacentis regionis serpentes convocare, il-
los quorum maxime lethiferum noverit venenum,
interficere, reliquos dimittere. Caesorum sanguine dein-
de, succo arboris ejusdam admixto, tela et arma sua
inficere, ita ut intra quartam horae partem, cuicun-
que

que vulnus, telo ita venenato infligatur, modo si gutta sanguinis vulneri effluxerit, moriatur. En incantatores, de quibus vates sanctus loquitur.

CAPVT XLI.

v. 1. *En fiduciam ejus, qui cum Crocodilo congredi voluerat ! fallax facta est.* Fefellit eum spes sua, nemo est, qui audeat. Ita cum antecedentibus optime connectitur. *Sane vel ad conspectum ejus prosternetur.* Ita Schultensius: Qui Crocodilum somno jacentem eminus modo viderit, metu atque horrore percussus in genua fere procideret.

v. 3. *Quis praevenit me ut rependam ?* Ita totidem verbis textuum hebraicum Schultensius interpretatur; sed propter sequens פָּלַשׁ hoc loco פָּרַע de eo, qui primus beneficia in aliquem contulit, explicandum esse videtur: *Quis in me prior beneficia contulit, ut rependam.* Quicquid est sub toto coelo, meum est. Terra ipsa atque quaecunque continet illa, mea sunt. Nam hominum antea, in terra degentium, mentionem fecerat.

v. 5. *Quis nudavit, quis retexit vestem ejus ? Quis duplicitum ejus fraenum adducet.* Ita Schultensius et Ill. Michaelis verterunt. Duplex fraenum de labiis et rictu formidoloso interpretari vetat Schultensius, quod mihi tamen simplicissimum et aptissimum videri fateor; Nam ita verto: *Quis ad duplicitem ejus et aperatum rictum accedere propius audeat ?* Contuli scilicet

Arabum شَرْبَنْ introtit, intravit, immisit. شَوْشَنْ feneſtra, ſive potius porta quaecunque, omne per quod intratur, ſive ſit porta, ſeu feneſtra, ſeu rima, rictus, hiatus et ejusdem generis alia. Vnde رَبْعَةْ, proprius rictus est, a quo deinde capistrum ac fraenum dicitur;

sic

sic in lingua nostra vernacula *Gebis*, pro fraeno et capistro positum, proprie rictum, dentes et maxillas significat. — Praeterea Crocodilus, qui ab octodecim usque ad tritum et triginta pedum longitudinem excrescit, rictu inprimis horrendo ingentique oris hiatu conspicuus est, et dormiens etiam aperto rictu jacere solet.

v. 17. Ab Aegyptiis monstra haec, Crocodilos inquam, divinis honoribus, thure sacrificiisque adoratos esse notum est. Quin etiam in urbe Atsinoe, haud procul a Moeri lacu sita, Crocodilos infandum sacros alebant sanctisque tantum et lauissimis dapibus mortem usque pastos, et quamdiu viverent, gemmis, auro aliisque multis, magni pretii ornamenti, splendidos, post mortem denique, suavissunis cadavera eorum, odori bus pollincta et inuncta, regum suorum monumentis atque sepulchris inferre solebant.

v. 22. Ad Crocodili caudam referendum puto. Hanc enim *Linnaeus*, *serratum* dixit. *Kleinius* praeterea, *Catapraetan* dicit Crocodilum seu *Lacertam* Crocodilum. Nam ventre solo excepto, reliquam ejus pellem sive cutem ita durissimam inveniri dicit, ut nec hasta, neque gladio, nec glande quidem plumbea, e machina bellica explosa, perforari et penetrari possit. Quocirca eundem ferreis tantummodo hamis capi, Viri doctissimi et historiae naturalis peritissimi addunt.

CAPVT XLII.

Carpinis igitur elegantissimi et ingenio aequo a inspiratione divini solutionem videmus. Rerum creatarum pulcherrima illa, quam intuemur, universitas, ejusdem, a quo creata est, Dei nostri procuratione sapientissima conservatur ac gubernatur. Mortalium igitur non est, querulas contra Deum, ubi forte adversis
exagi-

exagitentur fortunae casibus, ad coelum tollere voces.
Nam qui natus suo omnia regit, et scit, et vult, potest
que omnia ita dirigere, ut universi generis humani non
minus, quam singulorum hominum saluti, optime ac
benignissime propiciatur. Quamobrem in omnibus,
quaecunque forsan acciderint nobis, necopinis malis,
fortunaeque coimmigrationibus tristissimis, laeti tamen
et fiduciam nostram in Deo nostro collocantes, pro
paterno Illius erga nos amore ac benivolentia spera-
mus, fore ut eos, qui praecepsit ejus saluberrimis,
debita mentis ac animi pietate, obsequium plenum,
constans, liberum atque perpetuum praestent, jucun-
dissima tandem fortunae suae in melius conversione,
sive jam in hac vita gaudere, lactosque benivolentiae
suae donis frui jubeat; seu certe post corporis mortem
tamen, aeternis purissimisque deliciis, lectissimisque,
et iis, quibus in terra beati censemur homines, longe
melioribus voluptatibus aeternae felicitatis ac beatitudi-
nis praemio remuneretur.

Corrigenda.

Pag. 15. lin. 25. lege Pulveris. p. 17. l. 25. lege:
et non redire in posterum. p. 18. l. 29. lege conspur-
candi. p. 18. l. 30. idem lege ipsum. p. 20. l. 20. lege

مُهَاجِرَة Adama. p. 20. l. 21. lege مُهَاجِرَة Muahdu-
mon. p. 20. l. 28. lege posset. p. 21. l. 4. lege נְעִזָּת.
p. 22. l. 3. post videtur scribe, p. 30. l. 21. mibi deleatur.
p. 30. l. 29. lege illum. p. 35. l. 18. lege verisimillimum.
p. 36. l. 23. لَوْلَادُ Valzahjo. p. 36. l. 27. lege ad
versionem. p. 37. l. 16. lege sitientium. p. 37. l. 31. lege
evolet aliquis. p. 30. l. 8. poterim lege possim. p. 39. l. 19.
lege opulentium. p. 39. l. 29. lege Pythagorae. p. 43.


l. 20. lege فَ Phakka. p. 44. l. 8. lege كَوْكَب
Krobi. p. 45. l. 26. lege significat. p. 46. l. 23. lege amo-
ris protestationibus. p. 48. l. 2. lege πειρατηγίον. p. 48.
l. 17. lege circumspectat et post videat. l. 49. l. 4. lege
Actor. p. 50. l. 1. lege illa cum summis. p. 51. l. 6. ceti-
busque lege cetisque. p. 54. l. 2. lege prorius. p. 61. l. 8.
ut lege et. p. 62. l. 10. II. ante quemadmodum et post
etiam ponantur unci [] quardam lege quaedam. p. 65.
l. 24. eorum lege earum. p. 68. l. 19. blandiuntur. p. 69.
l. 26. sit lege sit. p. 73. l. 9. illae lege illius. p. 76. l. 9.
puniendum lege puniendam. p. 77. l. 7. et 8. lege fer-
vante, inquirente. p. 78. lin. penult. post efformasti scri-
be, p. 79. l. 15. exesarum lege exesorum. p. 81. l. 23.
post reputans, p. 81. l. 27. lege maiores. p. 83. l. 22.
lege scribendo. p. 91. l. 17. lege dies illa. p. 93. l. II.
lege familiae.



Jb 3537

X 263 8004


715



ANIMADVERSIONES
IN
LIBRVM IOB

SCRIPSIT
IAC. CHRIST. RVD. ECKERMAN,

SCHOLÆ VTINENSIS RECTOR.



L V B E C A E,
PROSTAT APVD C. IVERSEN ET SOC.

1779.